
Digitized by Google

CONSTITVTIONES ALMI ROTAE BONONIAE AVDITORII CVM SYNDICATVS DECRETIS.

Varijs quoque capitulis, indultis, & ordinationibus etiam apoſtolicis ad rem pertinentibus: additis prioribus, ac nouiſsimis reformationibus quemadmodum verſa pagella ſignificabit.

Singula accuratiùs, quàm antea reuiſa, nouaq; hac impreſsione donata, & copioſiori indice locupletata.



Bononiæ apud Alexandrum Benatium impreſſorem Cameralem anno D. M D LXXXVI.

Superiorum permiſſione.

Biblot. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu
Ex Legato Ill.mi Coccini
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX RVBRICARVM.

A Approbatio Conſtitutionum.
De Electione Dominorum Auditorum, & eorum iuramento. Pag. num. 1
De Prætore Bon. eiusq; arbitrio, & ſalario. num. 2
De Iuriſdictione DD. Auditorum. num. 4
De mercede, & ſalario Prætoris, & Auditorum. num. 22
De impedimento, & abſentia D. Prætoris, & Auditorũ. nu. 24
De Syndicatu DD. Prætoris, & Auditorum. num. 24
De Notarijs D. Prætoris, & Auditorum, & de ſpectantibus ad eorum officium. num. 26
De ſuſpenſionibus Cauſidicorum. num. 31
De petentibus ſe admitti ad alterum ex beneficijs. num. 32
De Procuratore pauperum eligen. num. 34
De Syndicatu Domini Poteſtatis, & Capitanei populi, & aliorum officialium forenſium Communis Bononiæ. num. 36
Quod cauſæ alibi, quàm in Rota, cognoſci, & terminari non debeant, nec ab ipſa poſſint auocari. Bulla Pauli Tertij. nu. 57
Decretum, ne Auditoribus Rotæ ſoluatur ſalarium niſi prò tempore, quo officio ſuo inſeruierint. num. 60
Decretum ſuper ſubſtitutione Auditorum. num. 61
Decretum ſuper abſentia Auditorum Rotæ. num. 62
Decretum, vt vnus ex Auditoribus veteribus remaneat cum nouis. num. 63
Decretum de licentia non danda Auditoribus Rotæ niſi per omnia ſuffragia. num. 64
Octo Capitula Sanctiſſimi Domini noſtri D. Pij Papæ Quarti populo, & Communi Bonon. conceſſa.
Quòd cauſæ à Rota auocari non poſſint, & quòd per dilationes, in

ſtantijs

ſtantijs reiectis, in meritis procedatur. num. 65
Quòd in cauſis prophanis appellari non poſsit. num. 67
Quòd regiſtra proceſſuum fiant. num. 68
Quòd cauſæ ad forum mercatorum pertinentes nullibi, quàm in eiuſdem fori tribunali, cognoſci poſſint. num. 69
Quòd cauſæ Vectigalium cognoſcantur ad ſua tribunalia, & cauſæ tangentes intereſſe ciuit. Bonon. cognoſci debeant. nu. 69
Quòd Iuriſdictio officialium comitatus Bononiæ illæſa conſeruetur, &c. num. 70
Quòd Forenſes non poſsint acquirere bona prope confinia per tria milliaria. nu. 70
Quòd per ordinarios ius reddatur ſecũdùm formam Statutorum, Bulla Iulij ſecundi. num. 72
Quòd cauſæ à ciuitate Bonon. non trahantur ad vrbem, & ſine regiſtro non expediantur, Bulla Iulij ſecundi. num. 79
Quòd cauſæ à Ciuitate Bonon. non trahantur ad vrbem, Breue Leonis decimi. num. 85
Quòd ſententiæ non ferantur prout in cedula, Bulla Clementis ſeptimi. num. 92
Compendiariæ formulæ in conficiendis proceſſuum regiſtris obſeruandæ. num. 96
Reformationes conſtitutionum Rotæ editæ anno 1570. nu. 113
Noua reformationes priorũ cõſtitutionũ Rotæ anno 1586. n. 133
Decretum ſuper prorogationibus dilationum, & fatalium in quibuſcunq; cauſis in poſterum non concedendis. Et ſuper quibuſdam Clauſulis in cõmiſsionibus cauſarũ apponi ſolitis. nu. 149
Decretum de modo extrahendi iudices ad cauſarum cognitionem in almo Rotæ Bononien. Auditorio. num. 155
Index materiarum in fine voluminis accommodatus.

APPROBATIO
CONSTITVTIONVM ROTAE.

Die Veneris. 13. Auguſti. M D L X.

C*ONGREGATIS Magnificis, & Illuſtribus dominis Quadraginta Reformatoribus ſtatus libertatis ciuitatis Bonon. in numero* XXIX. *in camera Reuerendiſſimi domini Vicelegati, in eius præſentia, ac de ipſius conſenſu, & voluntate, inter eos infraſcriptum partitum poſitum, & obtentum fuit videlicet.*

Quemadmodum temporum conditiones mutantur, & rerum, ac caſuum varietates eueniunt, ita ordinum publicorum, & legum municipalium decreta, aut eorum partem immutare, vel ea minuere, vel ad ea addere neceſſe eſt. Quo factum eſt vt Senatus Bononienſis ex conſilio, & auctoritate Reuerendiſſimi Prolegati ſui, conſtitutiones Rotæ huius Bononien. nuper reformandas, & in vnum redigendas curauerit, eaſq; omnes, & ſingulas hoc S. C. facto per ſuffragia XXIX. *approbatas, imprimendas, & edendas, penituſq; poſthac inuiolabiliter obſeruandas decreuerit, & mandauerit. Contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.*

Annibal Aurius Secret.

Digitized by Google

DE ELECTIONE DOMINORVM AVDITORVM ET EORVM IVRAMENTO.

1 PLACVIT ſanctiſs. ac Beatiſs. Domino noſtro Paulo tertio Pontifici Max. Atq; ita ex ſubſcriptione eius ſanctiſs. manu facta. Ex auctoritate Reuerendiſs. & Illuſtriſſimi Legati, & vrbis præfecti ſui, Senatus Bonon. decreuit, & ſanxit, ut in cauſis ciuilibus actitandis, & cognoſcendis inter ciues, incolas, agricolas, ſubditos quoſuis Ciuitatis, & totius territorij, ac diſtrictus Bononiæ in futurum omne tempus inſtitueretur, & erigeretur Rota iudicum, qui iudicandi poteſtatem haberent eo, quo aſcriberetur modo.

Ad cognoſcendas, & iudicandas cauſas omnes, & lites, quas inter prædictos agitari contigerit, eligantur quinq; Doctores externi, ex diuerſis locis orti, excellentes quidem, & inſignes, ante decennium ad minimum in iure ciuili, ſeu in utroq;, ab aliquo collegio Doctorum, rite præmiſſo ſeuero examine doctorati. Quiq; per quinquennium in aliquo publico Gymnaſio legerint, aut in locis inſignibus per idem tempus quinquēnij officio iudicandi functi fuerint laudabiliter, & cum honore ſe geſſerint: cum ſuis uerò familiis unum annum, antequàm electi fuerint, non habitauerint in ipſa Bonon. Ciuitate.

Digitized by Google

3 Ii ſic electi in principio,ſeu ante ingreſſum ſui officij in manibus Reuerendiſs.& Illuſtriſs.D.Legati,ſeu Vicelegati,aut Gubernat. Ciuitatis prædictæ, aſſiſtentibus MM. DD. Antianis, & Vexillifero iuſtitiæ eiuſdem Ciuitatis,iureiurando promittant ſe non contrauenturos ſtatutis, & prouiſionibus communis Bon. ſed ipſa quæcunq; ſtatuta,& prouiſiones,& contenta in illis, ac præſentes Conſtitutiones Rotæ, & etiam futuras,ſi quæ ſient,vel addentur,ad vnguem obſeruaturos, iuſtitiamq; æqua lance partibus adminiſtraturos: ſub pœnis in ſtatutis, & prouiſionibus expreſsis, ac alijs in Syndicatu infligendis.

4 Nullus ex quinq; dominis Auditorib. finito eius officio,poſsit iterum eligi, niſi poſt quinquennium à die finiti officij, nec diſpenſari poſsit, niſi per ſuffragiorum tres partes ex quatuor.

DE PRAETORE BONON. EIVSQVE arbitrio, & ſalario.

5 EX quinque DD. Auditoribus ſic electis
6 quolibet anno ſorte extrahatur vnus † qui
per vnum annum ſit Prætor Ciuitatis Bo-
7 noniæ † cum iuriſdictione,de qua in ſtatu-
tis, & etiam cũ additionibus,ſeu terminationibus,de
8 quibus in præſentibus Conſtitutionibus † & cum ho
noribus,& oneribus, ſalarijs,& emolumentis,de qui-
bus in eiſdem Conſtitutionibus, & notula dicti D.
9 Prætoris, nouiſsimè edita † & maneat in Palatio,vt di-
ſponunt ſtatuta.

Idem

10 Idem uerò Prætor teneatur quandocunq; coram uno ex Notariis, in Rota ad acta ciuilia deputatis, &
11 duobus teſtibus, ad inſtantiam petentis † citata parte pſonaliter, ẽt pro eadẽ die, uel bis domũ, diuerſis diebus, ſorte extrahere ſingulos Auditores ad ſingulas
12 cauſas ſorte ducendas † & ſeruetur hic ordo, ut cauſæ priùs extrahantur, & poſtea extrahantur Auditores
13 † & qui fuerint Iudices ſic extracti, non poſſint allegari ſuſpecti.
14 Statuta de arb. D. Poteſtatis in cauſis Pupil. & Viduarũ, in carcerẽ miſſorum, & miſerab. perſon. & de arbitrio eiusdẽ de Quæſtion. inter cõiunctos, & affines in omnibus ſeruentur, etiã ſi qualitates illorũ nõ eſſent intentatæ, uel ſi non eſſet petitum ſecundùm illa procedi † & ſolus Prætor ſit Iudex in illis † & ſi excedant ſummam librarum centum, in deciſione uotum Auditorum adhibeat, etiam ſi cauſa ſit comprehenſa ab altero ex dictis ſtatutis. † & in cauſa appellationis alius ſorte extrahatur cum eadem poteſtate. Nulli in huiuſmodi cauſis recurſui ſit locus.

Suis uerò ſumptibus idem Prætor alat unum idoneum Iudicem Vrſi † Legum doctorem, externam, ab aliquo collegio doctorum, præmiſſo ſeuero examine, ut de Auditoribus dictum eſt, doctoratũ. † qui ſit ſpecialis Iudex in cauſis Vectigalium, & damnorum datorum, Maleficiorum, quæ parua nuncupantur, & in eis habeat iuriſdictionem, & procedat ſecundùm formam Statutorum, & Prouiſionum, ac Capitulorũ in ea re loquentium, in omnibus, & per omnia prout

Digitized by Google

22 in eis,etiam quo ad inſtantias. † Et teneatur, & debe-
at idem iudex horis iuridicis in aula Regis Hentij ad
23 ſuum tribunal ius reddere, † & poſſit interponere de
creta uoluntariæ iuriſdictionis in palatio, & extra pa
latium.

24 Iuſſerunt inſuper quẽlibet Prætorem in ingreſſu
ſui officij nouos ſecum ducere officiales, Iudicem ſci
licet Vrſi damnorum datorum, Notarium, ſeu offi-
25 cialem Fangi, & ſtratarum: † nec poſſe, qui cum Præ-
tore præceſſore fuerint, cum ſucceſſore eſſe: nec ipſos
Prætores tales confirmare, uel eligere, pœna ipſi Præ
tori ducatorum ducentorum in Syndicatu auferẽdo
rum, & officialibus centum, talem confirmationem
uel electionem, & officia, ad quæ eligentur, uel con-
firmabuntur, acceptantibus.

DE IVRISDICTIONE DD. Auditorum.

26 OMNES DD. Auditores in cauſis, litibus
& controuerſiis ſummam, & æſtimationẽ
rei, uel facti librarum centum excedenti-
bus, tam in prima, quàm in ſecunda, & ul-
teriori inſtãtijs, habeant iuriſdictionem, & poteſtatẽ
27 procedẽdi † illas cognoſcendi, & decidendi, ac in illis
conſenſum, & uota, prout iuris eſſe uidebitur, præſtã
28 di: excepto eo, corã quo formabitur proceſſus † qui
forte per Prætorem extrahi debeat ordine, de quo ſu
29 pra † & in tali cauſa, per eum proponenda, uotum nõ
habeat.

Digitized by Google

habeat,niſi uota eſſent æqualiter diuiſa, quo caſu de-
30 beat uni parti accedere † & ſic ſemper obtineat illud,
quod maior pars iudicauerit.

31 Sententiæ autem ferri debeant ſub illius nomine
32 coram quo proceſſus formatus fuerit † in quib. pro-
ferendis illud obſeruetur,quod de conſilio, & aſſen-
ſu coauditorum latæ ſint, dicatur: & debeant alta, &
33 intelligibili uoce illas proferre † & mox Notario cau
ſæ ſubſcriptæ ab ipſo, qui eas protulerit,tradi debeāt
aliàs ſint ipſo iure nullæ.

34 Appellationes quoq;, querelæ, & recurſus in præ-
dictis cauſis ab ipſis DD.Auditoribus,ſeu ab alijs,qui
buſcunq; iudicibus Ciuitatis Bononiæ interponen
dæ,ad quencunq;, etiam ſummũ Pontificem,interpo
nantur,ad eoſdem omnes Auditores deuoluantur,ac
35 ipſo iure deuolutæ eſſe intelligantur, † & cogno-
ſcantur per iudicem extrahendum, & ſecundùm ordi
nem præſentium conſtitutionum. nec aliter, aut alio
modo. & fiant proceſſus coram uno ex eis, ſortè extra
hendo, excepto eo, coram quo fuit formatus proceſ-
5 ſus in prima inſtantia, † qui etſi uotum habebit in ſe
cũda, & ulteriori inſtantia, tamen coram eo proceſ-
ſus formari non poſſit. & ſimiliter extractus in ſecun
da,& vlteriori inſtantia,uotum non habeat in ea, niſi
in caſu, de quo ſupra. † Et ſi tres ſententiæ erunt con
ormes,non liceat tertiò appellare.ſi uerò erunt diſſor
nes, & appellari contingat, tunc admittatur appella
io in caſibus,in quibus de iure admitti debeat.

In quibus cauſis,etiam in ſtatuto de arbitrio Do-

mini

Digitized by Google

mini Poteſtatis in cauſis pupillorum, & uiduarum &c. comprehenſis, ſublatis conſtitutionum priorum editionũ inſtantiis, propter quas omnes pene cauſæ in deſertionis diſcrimen incurrebant, per dilationes procedatur: ita tamen quòd in cauſis ordinarijs, in principalibus, & aliis ulterioribus inſtantiis, tres dum taxat arbitrio Iudicis, & cognitoris ad probandũ dilationes competentes ſtatuantur, quæ metam dierum Rotalium duodecim pro prima, & dierum decem pro ſecunda, & dierum octo pro tertia, dilationibus nullatenus excedant.

In cauſis uerò attentatorum, executionum inſtrumentorum, nullitatũ, reſtitutionum in integrum, reuocationum, uel confirmationum tenutarum, ſeu ſequeſtrationum, executionum ſententiarum, reuocationis precarij, & mandati de ingrediendo, ac mixtis, illarumq; appellationibus, querelis, & recurſibus ac reuiſionibus, & aliis quibuſcunq;, præter ordinarias prædictas, tres etiam ſtatuantur dilationes, Iudicis tamen arbitrio, cauſarum, & probationum natura, & qualitate conſideratis, breuiores, quæ nullo modo metam dierum continuorum octo pro prima, & ſex pro ſecũda, ac quatuor pro tertia, dilationibus ad ſummum, Deo dicatis non computatis, excedant.

39 † Quibus tribus dilationibus in prædictis ordinariis, & alijs cauſis elapſis, ſit omnino concluſum in cauſis, & ꝓbationibus uia præcluſa, niſi quarta dilatio cũ le-
40 gali ſolẽnitate detur † cauſæq; ipſæ poſtmodũ ad puncta, iuxta ſtilum, & morem Romanæ curiæ, examinẽtur,

tur, & decidantur. † & tempora ſyndicatus ex omni bus dilationibus in quibuſcunq; cauſis deducantur, & in eis, etiam ſi ex forma ſtatutorum, uel aliàs continuæ eſſent, non computentur.

Et ubi caueri, uel pignora idonea præſentari, & deponi, pro expenſis in caſu ſuccumbentiæ reficiendis pro parte appellati petatur, id peti debeat infra primam dilationem, uel antea quandocunq; & cum petitum fuerit, tunc ſufficiat appellanti intra dilationes quandocũque idoneè cauere, uel pignora aurea, uel argentea præſentare, & deponere: aliàs appellatio deſeratur.

Et idem in cauſis principalibus, in quibus fideiuſſores ex forma ſtatutorum Bon. præſtari debent, ſeruetur. & ſi petitus, & præſtitus reſpectiuè non fuerit modo prædicto, reus ab obſeruatione iudicij iuxta formã ſtatutorum communis Bonon. abſoluatur.

In cauſis uerò ſummam librarum centũ non excedentib. etiã quòd in cauſa reconuentionis eſſent maioris quãtitatis, quilibet Auditor ſolus poſſit cauſam cognoſcere, & iudicare † cum diſtributione cauſarũ per D. prætorem ſorte facienda. † & in prædictis cauſis liceat ſemel tantùm appellare, † & cauſa appellationis, etiam ad ſummum Pontificem, deuoluatur, & deuoluta intelligatur ad Rotam † per alium Auditorem ſolum, ſorte extrahẽdum, cognoſcenda, & terminanda. † Quæ ſententiæ, ſi erunt conformes, tranſeant illico in rem iudicatam, & rei iudicatæ uim habeant, & ulteriùs appellare, etiam ad ſummum Pon-

tificem non liceat, neque etiam querelæ, aut recurſui ſit locus. Si uerò prædictæ duæ ſententiæ erunt difformes, & contingat appellari, etiam ad ſummum Pontificem, deuoluatur appellatio, & ipſo iure deuoluta eſſe intelligatur ad reliquos alios tres, qui non iudicarint, ordine tamen, de quo ſupra, ſecundùm quorum ſentētiam fiat executio, nec liceat ulterius, etiam ad ſummum Pontificem appellare, etiam per uiam querelæ, aut recurſus.

50 Sed à ſumma librarum quinquaginta infra uſq; ad ſummam librarum quinque, quantacunq; ſit reconuentio, sūmariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti ueritate inſpecta, quotidie, (meſſium, & uindemiarum, ac alijs temporibus feriatis, Deo dicatis, exceptis) per Magnificos Dominos Auditores, etiam in eorum domibus, ſine extractio-

51 ne, & coauditorū interuentione procedatur † terminatione illarum in palatio ad eorum tribunalia reſpe

52 ctiuè, ſine coauditorum uoto facienda. † Sed admittatur ſemel tantùm appellatio, ſeu recurſus, aut querela.

53 Cauſas inſuper ciuiles quaslibet ſummæ uiginti quinq; librarum, & infra ſummarijſsimè, breui manu ſingulis diebus, & horis (exceptis in honorem Dei feriatis) ſine ſportulis, & ſine terminorum obſeruantia, & per breues dilationes ad ſummum duas, & etiam (ſi negocium patietur) ſine ſcriptis, quilibet ex Auditoribus Rotæ, etiam ſine extractione aditus, excepto Prætore, ſeu etiam Iudex Vrſi, audiant, cognoſcant, &

terminent

rminent, † & ab eorum terminationibus, ſe mel tanm, ad Prætorem dũtaxat appelletur in caſibus aliàs on prohibitis appellari ex forma ſtatutorum Bon. † à mma tamen librarum quinq; bon. infra, quæ breores appellãtur, præuentioni ſit locus: nec liceat apellare.

Et in cauſis etiam coram quocunque Iudice uerntibus, idem ſtatutum eſſe intelligatur, ut ad Rotã ntùm deuoluatur appellatio, ſeu recurſus, aut que lla ad quencunque interpoſita, & ſortè iudex extraatur, † ſed a ſumma librarum quinque, & infra (quas reuiores appellamus) habeat locum præuentio † nec ceat appellare.

Ruſtici tamen meſſium, & uindemiarum tempo- (ne à re ruſtica diſtrahantur) in huiuſmodi cauſis, caſibus excipiuntur.

Et prædicta omnia, & alia inferiùs decernenda in auſis, quarum rei, uel facti æſtimatio non excedat ummam librarum centum, habeãt locum, quamuis uſæ introductæ ſint: quæ tamen coram ſuis iudicius expediantur, abſque eo quod aliter extrahantur.

Placuit etiam, atque ita decreuerunt, ut appellatio s interpoſitæ a Iudice Vrſi in caſibus permiſſis, ſint ſo iure, & facto deuolutæ ad unum ex quatuor doinis Auditoribus Rotæ, ſortè extrahendum, qui ſos iudicet in qualibet cauſa appellationis, remoto rætore.

Iuſſerunt etiam, ut omnes cauſas, in quibus appelio de iure non debet admitti, ſimul omnes iudices

B præfati

præfati cognoſcere, & terminare debeant, ita tamen, quòd coram uno eorundem, forte extrahendo procedi poſſit, qui uotum tamen non habeat, ut ſupradictum eſt. & ſi inter partes fuerit diſcordiã ſuper natura, & qualitate ipſius cauſæ, uidelicet, utrum appellatio de iure concedi debeat, ante omnia iudices ipſi ſuper hoc pronuncient. A qua quidem pronunciatione nullo modo liceat appellare.

62 A meris interlocutoriis in quibuſcunq; cauſis, etiã prout in beneficialibus, uel ſub alia forma commiſ-
63 ſis, non appelletur, † ſed ſi quis allegauerit grauamen eſſe irreparabile, ad Rotam recurratur, & omnes cæteri Auditores, etiam in cauſis à cẽtum libris ad quin
64 quaginta, ſummariè cognoſcant † expediendo tamen cauſam huiuſmodi articuli, & recurſus infra octo dies
65 cõtinuos, improrogabiles, dicatis Deo deductis † qui dies octo recurſus huiuſmodi, & dies in honorẽ Dei feriati ex quacũq; dilatione, in quam inciderint, ſemper deducantur.

65 Die illati prætenſi grauaminis, uel ſequenti, quo ad cauſam, iuridica immediatè in actis Notarij cauſæ, uel conſocij ad tribunal iudicis, coram quo, & non poſteà recurſus, etiam extra palatium petatur: & non audiatur recurrere uolens, elapſo tempore præfato, & ſimiliter formam recurrendi traditam non ſeruans.

67 Tempus recurrendi nedum præſenti, ſed etiã abſenti, dummodo perſonaliter ad prætenſum grauamen citato uel monito, currat: abſenti uerò domi, uel aliter quàm perſonaliter citato, à die unicæ intimatio-
nis

is, altero ex dictis modis executæ.

Recurſus autem infra dictum tempus non ter-
inatus, deſertus pronuncietur, & recurrens deſerens
expenſis condemnetur, & pœna temere appellan-
s mulctetur irremisſibiliter.

Succumbens in recurſu, ipſo iure, niſi expreſſe fue-
t abſolutus, ex euidenti, & expreſſa cauſa, in expen-
s condemnatus cenſeatur. † Et ſi grauamen allega
m repertum fuerit, per eos ipſos reponatur recur-
ns, & procedatur in cauſa corã eodem iudice à
uo.

Omnes exceptiones, etiam peremptoriæ, reſeruen
r in finem litis, & pro reſeruatis habeantur præſen-
: conſtitutionis uigore, abſq; aliqua iudicantis pro
nciatione: excepta mandati, rei iudicatæ, tranſa-
onis, iuramenti, & iurisdictionis.

Nullitates quæcunque proceſſuum, ſiue principa
er, ſiue incidenter proponantur, reſeruentur in fi-
m litis.

Hoc tamen capite comprehenſas eſſe noluerunt
uſas in auditorio Reuerendiſs. & Illuſtriſs. Legati,
celegati, ſeu Gubernatoris Bononiæ, ac alio quo
nq; foro, ordinaria, uel delegata poteſtate introdu
s, & agitatas, quæ poſtea quomodocunque in ea-
m, uel ulterioribus inſtantiis in Rota cognoſcen-
, in quibus propter diuerſum modũ, ac ordinem
ocedendi, nullitates quaslibet in ordinandis pro-
ſſibus, coram præfatis Legato, Vicelegato, & Gu-
rnatore cauſatas, reiici uoluerunt, niſi aliud præfa-

to Reuerendiſs. & Illuſtriſs. Legato, Vicelegato, vel Gubernatori viſum fuerit ordinare: iuriſdictionis, mādati, & citationis, vel totum proceſſum concernentis nullitate ſemper excepta: quam reijci non debere; ſed cognoſci vt ſupra in §. omnes, de quinque exceptionibus ſancitum eſt voluerunt.

74 In cauſis mercedum quaruncūque cibi, & potus, poteſtate, & arbitrio Prætori, per ſtatuta Bonon. conceſſis, utantur ſinguli Auditores, & manu Regia, & prout poſſet Reuerendiſs. & Illuſtriſs. Legatus, Vicelegatus, ſeu Gubernator, procedant, terminent, & exequantur.

75 Vota autem præſtanda, ſufficiat præſtari per ſubſcri
76 ptionem Auditorum, † poſſint tamen, vt faciliùs con-
77 ſtet de eis, præſtari per rogitum Notarij, † & illi ſoli
in ſyndicatu teneantur, qui vota præſtiterint.

78 Rationes verò, & cauſas ex quibus iudicauerint, ſeu motiua, allegando iura, & doctrinas, tam conſentientes, quàm diſſentientes, vt cauſa diſſenſionis appareat, alias diſſentientes in ſyndicatu teneantur, ac ſi conſenſiſſent ſententiæ latæ, in cauſis excedentibus ſummam librarum centum, vel in quibus aliquid fieri, vel non fieri petitur, ſine certa expreſſione quantitatis, deſcribere debeant, & eas in vnum librum, & volumen redactas anno quolibet, & primo die ſui ſyndicatus, conſignaſſe Secretario clariſſimorum Quadraginta Virorum, vt penes eum ſecreto habeatur,
79 † & ſine licentia expreſſa Reuerendiſs. Legati, ſeu Vicelegati, aut Vexilliferi Iuſtitiæ, copia illius fieri nequeat,

queat, ſed licentia huiuſmodi obtenta, recepta mer-
80 cede competenti petentibus dare teneatur, † & ipſi
Auditores cedulam receptionis dicti Secretarij dicta
die in actis conſignare teneatur. Hæc omnia ſeruent
ſub pœna arbitrio ſyndicantium imponenda.

81 Auditoribus ipſis non poſſint in aliqua cauſa dari
adiuncti qui, non ſint de Rota.

Et ſic aliquo caſu non poſſint DD. Auditores cum ali-
quo adiuncto extra Rotam ex qualibet ratione, vel
cauſa iudicare: aliàs ſententia, quo ad impetrantem
adiunctum, vel vtentem tali reſcripto, ſit ipſo iure nul-
la, & ſemper de tali nullitate poſſit opponi: non ob-
ſtante quacunque longitudine temporis, etiam lon-
giſſimi: & ab omni iure ſuo cadat: & nihilominus Au-
82 ditores in ſyndicatu teneantur, † Et Procuratores qui
pro alio impetrauerint, aut tali reſcripto vſi fuerint,
ſeu aliàs in tali cauſa interuenerint, ſint ipſo iure pri-
uati à procuratione, & officio notariatus: nec poſſint
remitti, niſi per partitum Mag. Regiminis, legitimè
obtentum per omnes fabas albas: ita quòd vna ſola
impediat. Procurantes aduocationem, & vtentes, ean-
dem pœnam incurrant, etiam ſi à Romana Curia ob-
tineant.

83 Quemlibet ex Auditoribus proteſtationes quaſ-
84 cunque, † & ſequeſtrationes, a Statutis tamen permiſ-
85 ſas cum clauſula. † Aſſociationes quoque quaslibet,
& immiſſiones abſq; alia extractione, de eis facienda
committere poſſe: dummodo prædicta a cauſis, coram
aliquo extracto indeciſis pendentibus, non depen-
deant.

86 deant † & in talibus cauſis, a proteſtationibus, ſequeſtrationibus, & aſſociationibus, inchoandis (ſi ulteriori proceſſu egeant) fieri extractionem Iudicis, & coram extracto procedi uoluerunt.

87 Terminum à Statuto de Inſtrum. Teſtamen. & Laud. executioni mandan. conuento ad opponen. datum arbitrio iudicantis abbreuiari poſſe ſtatuerunt.

88 Et quòd pendentia iudicij ſuper abſolutione à iuramento, uſuraria prauitate, fictione, & ſimulatione, ac dolo, inita obligatione, & ſimilibus coram Iudice eccleſiaſtico non impediat proceſſum inchoatum, uel inchoandum coram Rota ſuper executione
89 inſtrument. nec executionem ipſam: † præſtita tamẽ (per exequi uolentem) cautione idonea iuxta Bullam fœlicis recordationis Iulij ſecundi, cuius Bullæ uim ad alios caſus præmiſſos & ſimiles, extendi decreuerunt.

90 Curatorem liti indefenſæ in cauſis coram eis pẽdẽtibus, non ſeruata forma Statuti, ſed duntaxat ad domum ſolitæ habitationis contumacis, & ad tribunal Auditoris, eo ſedente, bis publicè per proclama citato contumace, dari poſſe ſanxerunt: & huiuſmodi curatoris datio hoc ſeruato teneat, & proceſſus cum ta-
91 li curatore factus ualeat, † ipſo curatore poſtea, & cũ tumace ad domum ad ſingulos actus ſpecialiter citatis.
92 tis. † Quod ſi non ſit ſolitus habitare ciuitatem Bonon. contumax, citationes, & proclamata ad ualuas palatii Mag. Poteſtatis pro datione curatoris, & ualiditate

ualiditate proceſſus,& ſententiæ ſufficiant.

93 Comitatinos in eodem peremptorio ad extractionem faciendam, & coram extrahendo non nominato, ad totum proceſſum citari poſſe, & proceſſum, ac ſententiam ſuper huiuſmodi peremptoria citatione fundatos, ut à laboribus, & expenſis litigantes ſubleuentur, ualere ſtatuerunt.

94 Auditorem, qui ultimam ſententiam tulerit, ex
penſas non taxatas taxare, & ſententias diffinitiuas,
& interlocutorias, uim rei iudicatæ ſortitas in Rota,
uel extra Rotam, per quemcunque, etiam ſuperiorem
95 iudicem latas, exequi uoluerunt, † & ſimiliter ſucceſ-
ſorem talis Auditoris, propter abſentiam, aut impedi-
mentum, aut finitum officium.

96 Decreta uoluntariæ iuriſdictionis interponendi: non tamen ea, quæ conceduntur doctoribus de Collegio Iudicum ciuitatis Bonon. in palatio, & extra palatium, ſi eis uidebitur, & prout fuerint requiſiti: dandique, & decernendi tutores, & curatores minoribus, Auditores ſinguli, ſicut Prætor, & Iudex Vrſi poteſtatem habeant.

97 In caſibus, in quibus ex diſpoſitione Statutorum Vicarius Mag. D. Prætoris cum officialibus aquarum adhibendus eſſet, extrahatur ſorte unus ex Auditoribus Rotæ, & ꝓcedatur deinceps ad vlteriora, ſeruata ipſorum Statutorum forma; cum per erectionem Rotæ, & cõſtitutiones ſuper ea promulgatas, non ſit, nec cenſeatur abdicata, nec diminuta aliqua iuriſdictio dictorum officialium aquarum.

Domini

98 Domini Auditores ſingulis diebus conuenire debeant, etiam ſi non ſedeatur, ſemel in die pro commoditate litigantium. ijs verò diebus, quibus ſedere debent, & ius reddere, ſtatim poſt pulſum Campanæ Ro
99 tæ, † quæ ſonabit eadem hora, qua pulſari ſolet Campana ſtudij, audiantque principales, & patronos cau
100 ſarum, † & hora tertia poſt pulſum dictæ Campanæ ſtatim DD. Auditores ſedere debeant vſque ad Nonã, vel per horam cum dimidio ad minus.

101 Ad hæc ſtatuerunt, vt DD. Auditores ius reddant in palatio habitationis dicti domini Prætoris in aula Regis Hentij ſita in dicto palatio ad eorum Tribunalia, vnicuique aſſignanda, alternis diebus: videlicet Lunæ, Mercurij, & Veneris. & ſi non potuerit prædictis diebus iam ordinatis, ſedeant reliquis diebus, etiam ſi eſſent duo, vel tres ſucceſſiue continui ſeſſorij dies, aut in principio, aut in fine hebdomadæ: exceptis diebus feriatis, & die Saturni.

102 Si contingat appellari, querelari, vel recurri à ſententijs officialium comitatus, & diſtrictus Bononiæ in caſibus permiſſis: appellationes, querelæ, & recurſus deuolutæ ſint ipſo iure ad dominos Rotæ Auditores, ad quencunque ſint interpoſitæ.

103 Prætorem, & Auditores ad augumenta datiorũ, & gabellarum, nouiter pro impoſitione triennali impoſita, & ad quaſcunque nouas impoſitiones teneantur, immunitate in alijs eis ſuffragante.

104 De cauſis ad forum Mercatorum pertinentibus non ſe intromittant, ſed illæ in ſuo foro, & in quacun-

que

105 que inſtantia cognoſcantur, † nec ab ipſo foro auo
cari poſsint, & in omnibus iuxta formam ſtatuto-
rum dicti fori.

106 Ac etiam decreuerunt, ut in quacunque cauſa
non petatur conſilium ſapientis, & non poſſit quo-
107 quo modo in D.Prætorem, † aut dominos Audi-
tores, uel aliquem ex eis ſub eorum nomine pro-
prio, cõpromitti, uel remitti in cauſis, uidelicet, pẽ
dentibus corã eis, uel lite mota. Liceat tamen, quan
108 do lis non eſt adhuc cæpta: † quo caſu nec etiam
109 ſportulas aliquas accipere poſsint. † Et ſi acciderit
quod cauſa per compromiſſum, & laudum, ſeu ſen-
tentiam a dictis DD. Auditoribus terminari non
poſsit: tunc illæ, ſeu illi Auditores, qui arbitri fue-
rint, in tali cauſa aliquo modo interuenire, ſeu con
ſenſum, aut uotum præſtare, etiã quod excederet
ſummam librarum centum, non ualeant: ſed ſolũ
alij, qui non fuerint arbitri, cauſam prædictam co-
gnoſcere poſsint, & iudicare: excepto ſemper uoto
illius, coram quo formatur proceſſus.

110 Et ut fraudibus occurratur, non poſsint Audi-
tores prædicti aduocare in ciuitate Bon. aut con-
ſulere, aut cõſiliis aliorum ſe ſubſcribere in aliqua
cauſa ciuili, eccleſiaſtica, uel criminali, uel cuiuſcũ
que generis, quæ directè, uel indirectè concernet,
uel concernere poſſet intereſſe alicuius ciuis Bo-
111 nonien. uel diſtrictualis: † aliàs ſi mutatis nomini
bus, uel quomodocunq; fuerit huic capitulo con
trauentum, ſententia ſit ipſo iure nulla, & denulli-

tate dici poſſit quocunque tempore, & nunquam tranſeat in rem iudicatam: & nihilominus procuratores, ac partes, & aduocatus, ſeu conſultor, nec non Iudex, qui ſcienter hoc fecerint (quæ ſcientia in dubio præſumatur) puniantur pœna ducentorum ducatorum, quæ pro dimidia applicetur Cameræ Bononiæ, & pro alia dimidia parti, de cuius intereſſe tractatur, nec eis vllo pacto remitti poſſit, niſi per partitum Magnifici Regiminis legitimè obtentum per omnia ſuffragia.

112 Statuerunt præterea, & ordinarunt quod ſtylus, vſus, & practica palatij, ſeu alia quæuis in quolibet caſu, quo admittenda eſſent ex forma Statutorum, & non aliter, nullo modo probari, vel admitti poſſint, niſi per teſtes iuratos, & in iudicio examinatos cum interrogatorijs partis, ſi ea dederit in termino ad id ſtatuendo, vel per publica inſtrumenta: non autem per ſimplices ſubſcriptiones quoruncunq;, etiam cuiuſuis gradus, vel præeminentiæ, & dignitatis ſint.

Prohibentes hactenus introductam ſtylorum ſubſcriptionem quibuslibet, ſub pœna librarum viginti quinq; pro quolibet, & qualibet vice de facto auferenda.

113 Et vt tollantur differentiæ, & contentiones, quæ tam ex prædicto vario vſu, & ſtylo, quàm ex allegationibus, & conſilijs doctorum ortæ ſunt ſuper intellectu ſtatuti de appellationib. in §. Præterea, & in §. Et ſi victus, quòd in quocunque poſſeſſorio

mero

mero, etiam priuilegiato, intelligatur vindicare ſibi locum ſtatutum in dicto §. Præterea, & vtrunque effectum ſortiri, excepto caſu aduocationis poſſeſſionis, in quo habeant tantùm effectum deuolutiuum.

114 In cauſis ſummam, & æſtimationem librarum trecentarum excedentibus, nulla ſententia ferri poſsit, nec valeat, niſi habito regiſtro authentico,

115 & integro à Notario cauſæ † cui de competenti mercede a partibus ſatisfieri debeat, ſecũdum modum, & ordinem in ſtatutis, & prouiſione, per Mag.

116 Regimina editis, ordinatum: † in quo tamen regiſtrare nunquàm ſit neceſſarium literas executoriales, neque proceſſus fulminatorios.

117 Aut alios proceſſus extra Rotam fabricatos in autenticam formam, vel aliàs in forma probante productos, aut alias ſcripturas authenticas, chartas triginta excedentes. Originales verò ſemper regiſtrẽtur, ne amiſsionis periculum incurratur.

118 Hoc capite comprehenſas eſſe noluerunt cauſas, de quibus in ſtatuto, de arbit. domini Poteſtatis Bonon. in cauſis pupillorum &c. in quibus regiſtrum non requiratur.

119 In cauſis verò, ſummam prædictam non trãſcendentibus, pupillorumque, & aliorum, de quibus in proximo Statuto de arbitrio &c. Notarij cauſarum loco regiſtri, teneantur, & debeant vnà cum reliquo proceſſu exhibere iudicibus omnia, & ſingula acta, ſaltem per viam ſummarij; & extractus, aliàs

ſententia ferri non poſsit.

120 Iidem DD. Auditores cauſas coram eis intro-
ductas, prout in cõſtitutionibus, expedire debeãt,
121 † & quaſcunque inhibitiones, poſt concluſionem
in cauſa, eis præſentatas, à quocunque, etiam à Ro
mana Curia emanatas, reiicere poſsint, & ad mitte-
122 re non teneantur. † Et ſi contingat de præuentio-
ne iudicum, & an cauſa ſit inſtructa, hæſitari cum
aliquo extra Rotam, Rotæ Auditor cognoſcat
ſolus.

123 Mulieres, Ruſtici, & in decrepita ætate conſti
124 tuti, & aliæ perſonæ libero Iudicis arbitrio, † à quo
appellari, reclamari, recurri, uel alio quouis reme-
dio contrairi non ualeat, poſitionibus reſpondere
non cogantur, niſi cum præſentia procuratoris,
uel aduocati.

125 Et ſi reſpondere debens uoluerit, quòd Iudex
cauſæ ſit præſens reſponſioni ipſarum poſitionum,
126 teneatur Iudex huiuſmodi reſpõſioni intereſſe, †
& prouidere captionibus, & deceptionibus, & cu-
rare, quòd ipſæ poſitiones non ſint negatiuæ, uel
aſſertiuę, ſed affirmatiuæ, & conceptæ iuxta iuris
diſpoſitionem, & quæ utrique parti præiudicare
ualeant: aliter conceptas non admittant, nec illis
127 reſponderi faciant, † & conceptio, & reſponſio ali
ter factæ ipſo iure non teneant.

128 Replicationes nihil aliud, quàm prius deducta
importantes, nõ admittantur, & de earum ſcriptu
ra conſideratio aliqua non habeatur.

Acta

129 Acta cauſarum coram eis pendentium, uel introducendarum, ipſis ad eorũ tribunal ſedentibus, actitanda per Notarios ad eorum tribunalia, & cauſas reſpectiuè aſſumptos deſcribi, & rogari fa-
130 ciant, † ſicquè appellationes, † & recurſus quosli
131 bet, de quibus tamen appellationibus, & recurſibus, alios cum eiſdem inſolidum rogari non impediant, nulloſque alios, præter præſcriptos, admittãt in huiuſmodi cauſarum rogitibus coram ipſis, ad tribunal ſedentibus, faciendis. Quos inuenerint litigantes, Procuratores, Notarios, uel alios quoslibet contrafacientes corrigant, & pecuniaria pœna, Fiſco applicanda, leuato uelo, mulctent, & mulctam ſine mora exigant.

132 Notario uerò actuario huiuſmodi (quod per publicum inſtrumentum conſtet) ad ſuum bancum non inuento, alium quemlibet Notarium, de actis extra tribunal actitandis ad referendum: de appellationibus uerò, & recurſibus principaliter, & inſolidum rogari patiantur.

133 Cauſas in Rota commiſſas, uel pendentes Auditores præſentes tractẽt, & expediant, abſentium uel impeditorum, infra ſtatutum tempus, abſentia, aut impedimento non ceſſantibus, & Rota ipſa à tribus repræſentetur.

134 Inſuper ne propter diuerſitatem Iudicum pauperes pluribus expẽſis uexentur, & cauſæ in diuerſis tribunalibus, modò in uno, modò in alio agiten-
135 tur: † Mag. D. Auditor. Reuerendiſs. D. Legati

ſeu

ſeu Vicelegati, aut Gubernatoris ad Criminalia in cauſis, ad cognitionem Rotæ ſpectantibus, & proceſſum, ſeu ſcripturam requirentibus, non ſe intro mittat. Non tamen propterea ſit abrogata, vel dimi nuta poteſtas ipſius Auditoris in cauſis breuioribus, & executiuis manu Regia, & ſine ſcriptis pro
136 imperio, & ex arbitrio decidendis, † Quas decidere debeat gratis, & nihil occaſione ſportularum capiat.

DE MERCEDE ET SALARIO Prætoris, & Auditorum.

137 MAGNIFICVS D. Prætor, & DD. Auditores Rotæ habeant, & habere debeant pro eorum mercede cognoſcendi, & terminandi cauſas, tam principales, quàm appellationum, & tam cōmiſſarias, etiam apoſtolicas, quàm ordinarias, etiam mixtas, & ad referendum commiſſas, inter agricolas, & ſubditos quoſuis Bonon. actitandas, ſalarium tantum-
138 modo ſibi de publico conſtitutum. † & non poſſint aliquid percipere, vel acceptare per ſe, vel aliū, ſeu alios, etiam à ſponte dare volentibus, niſi fuerint eſculenta, & poculenta, quæ triduo conſumi poſſunt.

Hoc capite comprehenſes eſſe minimè voluerunt cauſas criminales eccleſiaſticas, & inter forenſes, quæ eiſdem, vel eorum aliquibus per S.D. N.

N. per Legatum, aut Vicelegatum, aut aliter quo quo modo committerentur, in quibus criminalibus, & eccleſiaſticis ordinarias ſportulas conſequantur.

139 A quibus tamen forenſibus, inuicem litigantibus, duplicatas ſportulas percipiant. ſed forenſis cum ſubdito iuriſdictioni Bonon. litigans, ſubditi priuilegio in hoc potiatur.

140 Statuerunt, quòd ſi contingat aliquem ex auditoribus ire in facto, pro ſubijciendo rem oculis, ſi vadat in ciuitate Bononiæ, ſoluantur ſibi ſolidi viginti pro qualibet parte. Notario verò ſoluantur ſolidi quinquè per quamlibet partem. Si verò contingat Auditorem aliquem ire in comitatū Bonon. & extra ciuitatem Bonon. pro ſubijciendo rem oculis, habeat idem Auditor à partibus litigantibus in totum expenſas victus pro ſe, & famulis, ac equis, & vnum ſcutum auri à ſole pro quolibet die: dummodo non excedat ſcutos tres, & expenſas victus trium dierum, etiam ſi ſtaret vltra tres dies. Notarius verò habeat à partibus in totum ſolidcs triginta, pro quolibet die dictorum trium dierum. Quibus durantibus etiam habeat expenſas victus pro ſe, & equo.

*

DE

DE IMPEDIMENTO ET ABSENtia D. Prætoris, & Auditorum.

141 SI contigerit obitus, uel abſentia (obtenta tamen licentia per partitum Magnifici Regiminis) aut infirmitas, uel aliud iuſtum impedimentum in perſona D. Prætoris, aut alicuius ex DD. Auditoribus per octo dies continuos, uel pauciores, cauſæ coram impedito, uel abſente uertentes, ſtent in ſuſpenſo toto dierum octo tempore: ultra uerò, procedatur coram alijs, tãquam ſurrogatis, ordine quo ſupra:
142 † dummodo acta ſcribantur per Notarios dicti in-
143 firmi, uel abſentis, aut aliter impediti. † Et ſi unus ex collegio abſens, uel impeditus fuerit, ut ſupra, coram alijs præſentibus cauſæ agitari, & terminari poſſint.

DE SYNDICATV DD. PRAEtoris, & Auditorum.

144 DOMINVS Prætor, & Iudex Vrſi cum alijs quatuor dominis Auditoribus ſtare debeant ſyndicatui quolibet anno cum retentione ſalarij trium menſium ultimorum, uel debeant præſtare cautiones de iudicio ſiſti, & iudicatũ ſoluendo ſecundũ formã Sta
145 tutorũ. † Qui ſyndicatus fieri debeat in calen. Iulij cuius libet anni, & ſucceſſiuè ꝓſequi, & terminari.

Et

Digitized by Google

146 Et quoniam multi forſan non auderent querelare, cognoſcentes finitum nõ eſſe eorum officium: Ideo ne præcludatur via læſis, in fine quinquennij debeant ſtare ſyndicatui de omnibus cauſis, tã ordinarijs, & commiſſarijs, quàm à ſede apoſtolica delegatis, ac de omnibus geſtis per eos toto tempore eorum officij: exceptis ijs, de quibus querelatum, & iudicatum fuiſſet in alijs ſyndicatibus.

147 Syndici eligantur more ſolito per Magnifica Regimina coram R. D. Legato, Vicelegato, aut Gu-
148 bernatore. † Quorum in numero ſint duo Doctores, duo de Regimine, duo Cauſidici, duo Nobiles, & duo Mercatores: his accedat Theſaurarius, om-
149 nes ciues Bonon. † Et ſyndicatus terminetur ſecun
150 dum ſtatuta. † & contra tales ſyndicos, ſic electos, nulla exceptio, etiam fortè aliàs legitima, neque etiam incompetentiæ, opponi poſsit.

151 Et ſi quis de Auditorum ipſorum numero fuerit condemnatus doli, fraudis, vel circunuentionis, aut impoſturæ, ſeu baratariæ: ſit priuatus officio ſuo: teneaturquè de partis læſæ damno: & puniatur ſecundùm formam iuris, & ſtatutorum prædictæ ciuitatis.

Quia aliqua potuiſſet oriri dubitatio ſuper exceptionibus proponendis per dominos Auditores contra ſyndicos eorum, ſtantibus decretis huc-
152 uſque factis. † Sanxerunt Patres conſcripti, vt DD. Auditores prædicti, infra proximum diem, à die extractionis ſyndicorum, & intimationis nominum

eorundem, debeant proponere coram tunc Mag. domino Vexillifero iuſtitiæ omnes cauſas ſuſpicionis, ſi quas ſingulariter, uel coniunctim habeant
153 contra aliquem ex dictis ſyndicis, † quas ipſi iuſtificare, & Senatus examinare debeat, infra ſex dies tunc proximè futuros, eaſque admittere, uel reijcere, aut aliter ſup illis prouidere, prout iuri, æquitati, & honeſtati magis conuenire uidebitur Sena-
154 tui, uel aſſumptis, aut electis ab eo ſup hoc. † Quibus ſex diebus durantibus, tēpora omnia dicti ſyndicatus ſtentain ſuſpenſo.
155 Salarium DD. ſyndicatorum ſit librarum trium pro quolibet ſyndicatore, qui ſyndicatui interfuerit, quacunque contraria corruptela ſublata.

DE NOTARIIS D. PRAETORIS, & Auditorum, & de ſpectantibus ad eorum officium.

156 QVIA cauſæ quandoque ob defectum Notariorum ignorantium, uel minus idoneorum pereunt: ideo ſtatuerunt, & ordinarunt, quòd Notarij D. Poteſtatis, & Notarii Auditorum ſint, & eſſe debeant Ciues originarii ciuitatis Bononiæ, origine propria, paterna, & auita, uel ſaltem duabus ex eis, idonei, ſufficientes, & practici, ac fide digni, qui ſteterint ad acta ciuilia D. Poteſtatis per annos quinque con-
157 tinuos ad minus: † & quòd exerceant officium per-

158 ſonaliter, & non per ſubſtitutum: † nec poſſint eſſe Notarij actorum coram Pretore uel DD. de Rota, qui extra Rotam acta exerceant coram alio Iudice, uel ſe intromittant in alio officio, pertinente ad Notarium, uel in aliqua cauſa uertente coram alio Iudice extra Rotam: ſed ſolùm poſſint eſſe No-
159 tarii unius Iudicis, ſeu Auditoris Rotæ, † & reſi-
160 dere debeant in Notariis publicis, † & retineant ſuum librum actorum, in quo dietim deſcribant omnia acta cauſarum, nullo dimiſſo ſpatio, & abſ-
161 que cancellationibus, uel interlineaturis: † & habeât ſua ſalaria, iuxtam taxam ſtatutorum ciuitatis Bonon. Sub pœna in quolibet ſupradictorum caſuum, ducatorum centum auri, & priuationis, ipſo iure, tam prædicti officij, quàm ſocietatis Notariorũ. Nec poſſint remitti, niſi per partitum Mag.
162 Regiminis, & per omnia ſuffragia. † & prius tale officium poſſit alteri concedi, & per alium legitimè impetrari.

163 Faciantque ipſi Notarii bonas chartas regiſtrorũ, & proceſſuum, uidelicet linearum triginta quinque pro quolibet latere, & literarum trigin-
164 ta quinque pro qualibet linea, prout in ſtatutis. † &
165 habeant ſalaria limitata per ſtatuta. † & quælibet partium conferat expenſis regiſtri pro ſcripturis, & actis a ſe producendis, in regiſtro exiſtentibus, & non ultra. Et aliqua parte differẽte, uel recuſante conferre talibus expenſis: Iudex cauſæ cõmittat grauamẽ contra talẽ differentem, uel recuſantem.

166 Habeantque pro eorum mercede extractionis
vnius Iudicis ad cognitionem cauſæ, & ipſius au-
thenticaturę, vnum Groſſum in totum.
167 Scribantque ipſi Notarij manu propria, & lite-
168 ris intelligibilibus dicta teſtium, † & reſponſiones
169 poſitionum: † & impediti excuſentur, ſi legibilibus
literis, per alium fidum Notarium, ſuo hæc peri-
culo ſcribi curauerint. & pro teſtibus habeant pro
ſuo ſalario, & mercede ſolidos quinque pro quoli-
bet teſte. Et ſi ſcriptura cuiuslibet teſtis excedat
vnum foleum, tunc ſibi Notario ſatisfiat de eius
mercede, ad arbitrium Iudicis cauſæ, & tantundem
habeat quilibet examinatorum.
170 De poſitionibus habeant ſalaria ordinata per ſta
171 tuta Bonon. † quæ tamen poſitiones, pro qualibet
172 poſta, non excędant numerũ quinquaginta. † & ſi
excedant dictum numerum, reſponſio vltra illum
ſit nulla; & de excedenti numero nulla habeatur,
vel peti poſſit merces.
173 Statuerunt etiam, quòd ſi in ſecunda, vel vlterio
ri inſtantia producatur aliquod regiſtrum proceſ-
ſus, facti inter partes, in prima, aut alia inſtantia:
tale regiſtrum de nouo non regiſtretur; ſed de eo
fiat ſpecialis mentio in nouo regiſtro: & regiſtrum
ipſum alterius proceſſus tranſmittatur cum nouo
regiſtro Iudici cauſæ.
174 Notarij ipſi regiſtrum in principio cauſæ inchoa
175 re debeant, & continuare, † ita vt, cauſa inſtructa,
176 perfectum, & expeditum Iudici tradant † & in ijs

cauſis, in quibus non eſt faciendum regiſtrum, actorum ſummarium inchoent, continuent, & perficiant: & cum proceſſu iudici, cauſa inſtructa, tradatur ſub pœna, de qua infra.

177 Excuſentur tamen Notarij à negligentia, & pœna, ſi partem actricem, vel pro ea intercedentem in inſtantia illa, ante lapſum primæ dilationis, ſuper prædictis expediendis, & mercedis ſolutione, ſemel perſonaliter, vel aliàs bis (quod per publicum inſtrumentum conſtet) interpellauerint, & requiſiti, executionem prædictorum diſtulerint.

178 Non audeant Notarij accommodare proceſſus originales Procuratoribus, vel partibus: cum poſſint dietim, leuando acta, & producendo ſcripturas duplicatas, ſibi proſpicere.

179 Non poſsint præterea ijdem Notarij aliquo tempore regiſtrum, vel proceſſum cauſæ tradere, vel commodare partibus, vel intercedentibus pro eis ſine Iudicis licentia, vel mandato, in actis eorundẽ Notariorum apparentibus. ſi contrafecerint, pro prima vice ab officio per ſex menſes ſuſpendãtur, & ſuſpenſi ſint, ipſo iure. ſi vltra ſemel, nedum ab officio, ſed ab exercitio Notariæ perpetuò excluſi ſint ipſo iure: nec remitti poſsint, niſi per partitum DD. Quadraginta, & per duas partes ex tribus fabarum albarum.

180 Qui non erunt electi Notarij coram Prætore, & Auditoribus in cauſis coram Prætore, vel Auditoribus quomodolibet vertentibus, aut introductis,

etiam

etiam extra Rotam, uigore etiam quaruncunque cõmiſſionum apoſtolicarum, actitare non ualeant. Qui ſecus auſi fuerint, pro prima uice ab officio, & exercitio Notarii per ſex menſes: pro ſecunda, uel ulteriori, perpetuò, ipſo iure, priuati ſint, & remitti non ualeant, niſi vt ſupra.

181 Pœna uerò adeuntium talem Not. ſit annullatio proceſſus, & actorum ad eius præiudicium: illo firmo manente ad fauorem non adeuntis.

182 Partium conſenſus in hoc minimè attendatur.

183 Notarii non recipiant relationes per chirographa nunciorũ, niſi nuncii perſonaliter eis referant, uel ipſa relatio per ſcripturam publicam fiat: pœna Notario contrafacienti, de qua ſupra.

184 Iidem Notarii in qualibet cedula citationis, cuicunque tranſmiſſa, diem commiſſionis ipſius citationis inſcribere teneantur: ſub pœna antedicta: ſub qua non audeant, niſi habita relatione aliarum citationum, uel mandatorum præcedentium, ſub

185 ſequentes citationes, uel mandata tradere. † Huiuſmodi tamen citationum commiſſiones in ſuis actorum libris aliter, quã ſtatuta dictẽt, ſcribere nõ teneantur.

186 Iidem Notarii in actibus iudiciariis hoc ſeruẽt ut antequam decretum Iudicis aliquod ſuſcipiant, uel ſcribant, prius inſtantiam partis, ſeu partium (ſi partibus contendentibus fieri contingat) ſcribant ſub eadem pœna. Et hoc ad tollendos eoſdem labores, & ad euitandum clamores inter cauſarum patronos

tronos, & falſitatum ſuſpiciones ſuper inde ortas.
187 Pro regiſtris confectis, hypothecam, cum prælationis priuilegio, habeant in bonis litigantium, & nulla exceptione merces iſta differatur: ſed citatione, uel monitione domi, uel perſonæ litigantiũ præmiſſa, executari poſſint pro ea. Huic etiam conſtitutioni locus ſit, ſi cauſa ante perfectum regiſtrum componatur, uel auocetur, vel deſeratur: & eadem executio fiat, ne Notarius mercede ſua defraudetur.
188 Demum ſentẽtias diffinitiuas, aut uim diffinitiuæ habentes, die, quo latæ fuerint, uel ſequenti, cũ nomine cognitoris, & partium in cancellaria Magn.
189 & Illuſt. Regiminis denuncient: & cancellarii in libro, ad id deputando, huiuſmodi denuncias ſcribant: pœna de qua ſupra. Et hoc ut certa haberi poſſit ſcientia de omnibus deciſionib. per DD. Auditores, tempore ſyndicatus, tradendis.

DE SVSPENSIONIBVS Cauſidicorum.

190 PROCESSIBVS coram Rotæ Auditoribus inſtructis: et præcedentibus binis citationibus ad allegandum, & deinde emanatis citationibus, uel monitionibus ad ſententiam, & executis ad inſtantiam alicuius partium, non licere intercedentibus pro citatis, uel monitis, cauſas huiuſmodi in ſuſpenſo

dare,

dare,& ſuſpenſiones huiuſmodi, quo ad tales cauſas, ipſo iure,nullas: & ad cauſarum deciſionem in Rota deueniri poſſe firmarunt, eis non obſtan.

191 His ſaluis,nullo tempore liceat Cauſidicis, cauſarum ſuarum ſuſpenſionem facere in Rota, propter infirmitatem,niſi modo, & forma diſpoſitis in ſtatuto fori Mercatorum, ſub Rubrica: *Delle inſtanze*: quod hic pro inſerto haberi voluerunt: & iuramentum,de quo in eo,reſpectu medici,in manibus domini Prætoris præſtetur. Suſpenſiones, hac forma non ſeruata,factæ,ſint ipſo iure nullæ.

192 Aliquas cauſas in ſuſpenſo dare: alias verò extra ſuſpenſionem dimittere,nulli Procuratori,vel Cauſidico liceat. Et ſi ſecus fecerit,omnes tamen,eo inuito, in ſuſpenſione comprehenſas voluerunt,eumque arbitrio Iudicis extraordinariè puniri.

DE PETENTIBVS SE ADMITTI ad alterum ex beneficijs.

QVIA ſæpe in dubium vertitur, an aliquis admitti debeat ad ceſsionem bonorum: & nonnulli calumnioſè petunt ſe admitti in fraudem creditorum,cælatis bonis,& interdum cum falſis,ac ſimulatis creditoribus colludentes. Nonnulli etiam poſt ceſsio-

193 nem noua debita contrahunt cum ignorantibus † Statutum prohibens debitores ad ceſsionem bonorum admitti, intelligatur ſecundùm diſpoſitionem

nem iuris communis ita ut nemo admittatur, qui
194 de iure communi admittendus non ſit. † Et utrũ quis debeat admitti, diſcutiatur, priuſquam ſententia feratur, inter omnes Auditores Rotæ. Iccirco cauſæ huiuſmodi ceſſionis bonorum non committantur, nec cognoſcantur extra Rotam. † Nomen
195
uerò cedere uolentis (ne fortè per ignorantiam aliqui decipiantur, & iure ſuo defraudentur) antequam ad cognitionem cauſæ procedatur (ſi cedere uolens ſit ciuis, uel habitator Bonon.) publicetur iuſſu Prætoris, † tribus continuis diebus ueſpere, & mane, diebus, & horis iuridicis, ſedentibus ad ſua tribunalia Mag. D. Prætore, & Iudicibus Mercatorum per loco publica, & celebria ciuitatis, & mittatur a Prætore ſcriptum D D. Conſulibus Mercatorum: qui, ſi eis uidebitur, Prætorem ipſum de qualitate, & facultatibus, ac debitis cedentis informent: & ita demũ ad ulteriora deinceps procedatur, & non aliter, nec alio modo, & ille, qui ad ceſſionem admiſſus fuerit, nullo modo poſſit uti tali beneficio, nec ei in aliquo ſuffragetur, niſi prius aſſociatus à familia D. Prætoris, & duobus tubicinibus ad minus, qui continuò ſonent, ducatur circũ circa plateam, uidelicet: Incipiendo a porta palatij D. Prætoris, & iuxta palatium magnificorum dominorum Antianorum, & reſidentiæ Reuerendiſs. ac Illuſtriſs. D. Legati, & iuxta ſcalas eccleſiæ beati Petronij, & iuxta porticum numulariorum uſque ad uiam aurificum, & iuxta porticum pala-
196

tij D. Prætoris, quouſque peruentum fuerit ad portam ipſius palatij. Et hoc omnino fiat, uel mane, uel veſpere, & hora, qua ſonant tubicines Mag. D D. Antianorum ſuper arengheria palatij ipſorum, uel per dimidium horæ prius, & non alio tem-
197 pore vel alia hora. † & ita, & taliter, quòd ſi non appareat inſtrumentum publici Notarij, in præſentia ſaltem quinque teſtium ciuium Bononiæ, confectum, continens in ſpecie, & præciſè prædicta omnia facta, & adimpleta fuiſſe, tam circa modum, quã circa horam, & in omnibus, vt ſupra ſtatutum eſt, prædicta ceſſio nullius ſit efficaciæ, uel auctoritatis. Et talis, qui prædicta omnia non ſeruauerit, ad inſtantiam ſuorum creditorum poſſit conueniri,
198 detineri, & capi. † & contra tale inſtrumentum admittatur probatio.

DE PROCVRATORE Pauperum eligen.

STATVERVNT præterea, & uoluerunt Prætorem pro tempore facere debere imburſationem nominũ omnium Cauſidicorum publicè exercentium in ciuitate Bononiæ officium procuratoris, & burſam huiuſmodi, in qua erunt breuia nominum prædi-
199 ctorum, ſtare debere penes dictum Prætorẽ: † qui in calen. cuiuslibet menſis, coram duobus teſtib. & Notario extractionum, unum ex nominibus im-
burſatis

200 burſatis ſortè extrahat: † & ille, cuius nomen ſortè extrahetur, per menſem, immediatè tunc ſecuturum, ſit, & appellari debeat procurator paupe-
201 rum: † & teneatur ſingulis diebus requiſitus coram quibuſcunque iusdicentibus in ciuitate Bonon. gratis, & amore Dei pro pauperibus, & miſerabili-
202 bus intercedere, ac poſtulare: † & cauſas, quarum patrocinium ſuſceperit infra dictum mēſem, etiam finito menſe, proſequatur uſque ad finem. Menſe autem finiatur eius officium, quo ad nouas clientelas. & ſic alius ordine prædicto ſurrogetur, & ſic ſemper continuetur.

Si quis extractus, pauperum patrocinium abſq; cauſa legitima recuſauerit, uel ſe negligenter geſſerit, impietatis nota afficiatur, & extraordinariè arbitrio Rotæ puniatur.

203 Ab hoc onere excipimus ſyndicum Cameræ Bonon. propter uarias occupationes, ex cauſa Rei publicæ eidem continuè imminentes.

204 Si contigerit de qualitate perſonarum dubium oriri inter patronum, & requirentem patrocinium, Prætor ſuper hoc aditus, hoc ar-
205 bitrari ualeat: † & ab eius arbitrio reclamare, querelare, uel appellare non liceat.

Conſtitutionum Rotæ Bonon.

FINIS.

DE SYNDICATV D. POTESTATIS & Capitanei populi, & aliorum officialium forenſium communis Bononiæ.

206 HAC edictali lege in perpetuum ualitura decernimus quòd Poteſtas, & Capitaneus populi ciuitatis Bononiæ, & alij quilibet officiales forenſes dictæ ciuitatis, tam præſentes, quàm futuri, ſuo finito officio, ſtare debeant ipſi, & omnes, & ſinguli de familia eorũ perſonaliter ad ſyndicatum; uidelicet Capitaneus populi, & eius familia, & Poteſtas cum eius familia, diebus infraſcriptis, de q̃bus inferiùs continetur. in quo ſyndicatu procedatur hoc mo
207 do forma, & ordine; uidelicet. † Quòd debeat ipſe ſyndicandus cum ſuis officialibus, & familia perſonaliter die ſequenti de mane, finito ſuo officio comparare coram ſyndicis, qui eum debuerint ſyndicare: & illis recipientibus nomine Cameræ ciuitatis Bonon. promittere, præſente eius ſucceſſore Poteſtate, uel Capitaneo, uel eius Vicario, ſtare ad ſyndicatum cum ſuis officialibus, & familia, ſecundùm formam huius ſtatuti toto tempore ſui ſyndicatus: & ſoluere omnem condemnationem quæ de ipſo, ſuisq; officialibus, & familia fieret, uel aliquo ipſorum, ad terminum unius menſis: & obſeruare omnia, & ſingula, quæ in hoc ſtatuto ſyndicatus continentur.

Et de prædictis idoneos fideiuſſores præſtare.

Qui

Digitized by Google

Qui Poteſtas, uel Capitaneus, ſeu alius officialis ſyndicandus, cum dictis ſyndicis ad bancum ſedere non debeat. † & qui ſyndici debeant deputari
208 per præſidentes Regimini ciuitatis Bononiæ, uidelicet: tres boni, legales, & experti uiri ciues ciuitatis Bonon. quorum unus ſit legum doctor, alius ſit procurator practicus, & expertus, alius unus bonus mercator, uel alius notabilis ciuis, ætatis ad
209 minus, pro quolibet ipſorum, triginta annorum, † & etiam duo Notarij ciues Bonon. practici, & experti in arte, & officio Notariorum, ætatis ad minus, uigintiquinque annorum pro quolibet: qui præſint ad ſcribendum acta, & ſcripturas pro dicto
210 ſyndicatu neceſſaria, & incumbentia. † qui Notarij uacare debeant à dicto officio per decē & octo menſes. & ſi infra dictum tempus acceptauerint dictum officium, & exercuerint, incidant in pœnā quilibet ſic acceptans, & exercens, librarum uiginti quinque bonon. exigendam de facto, abſque proceſſu per dictum iudicem, omni exceptione remota.

211 Nec aliquis eligi, poſſit uel debeat in ſyndicum, uel Notarium, qui per ipſum ſyndicandū fuerit cō demnatus, uel bannitus perſonaliter, uel pecuniariter in quantitate librarum uiginti quinque bon. uel maiori: nec etiam aliquis aſcendens, uel deſcēdens, uel frater talis condemnati, uel banniti: nec aliquis, qui fuerit officialis cum tali ſyndicando, uel aliquo de ſua familia: nec etiam aliquis, qui du

rante

Digitized by Google

rante officio Poteſtatis prædicti, fuerit approbator ſecuritatum, uel conductor datij bannorum,
212 & carcerum, aut ipſius conductoris ſocius. † & electio, quæ fiet de prædictis ſyndicis, & Notarijs, incontinenti ipſa facta, ſcribi debeat per alterum ex Notarijs dominorum Antianorum, & officij reformationum.

213 Et quòd prædicti ſyndici, & notarij die, qua fuerint electi, iurare debeant in manibus pręſidentium regimini Bononiæ, uel alterius, de eorum uoluntate, benè, legaliter, & bona fide, & cum omni inſtãtia procedere ſuper ſyndicatu eius, de cuius ſyndicatu ageretur, & ijs, quę circa ſyndicatum occurrent, & ſibi legi facere per dictos Notarios ſyndicorum præſens ſtatutum.

214 Et quòd finito officio talis ſyndicãdi, prædicti ſyndici, uidelicet, doctor, & procurator de numero eorum, una cum procuratore Cameræ Bonon. teneantur uidere, & examinare libros proceſſuum maleficiorum Curię talis ſyndicandi, & Notariorum officio fanghi, & extraordinariorum, una cum ſtatutis ciuitatis Bonon. & quoſcunque defectus in eis repertos inſcriptis notare, & publicare reliquis ſocijs: qui ipſos debeant examinare, & de ipſis debeant Cameræ Bonon. debitas fieri facere ſatisfactiones a ſyndicandis, de quibus dicti inuentores dictorum defectuum, cum exacta, ſeu facta fuerit ſatisfactio prædicta, habere debeãt tertiam partem a Camera Bonon.

Item

215 Item teneantur fieri facere cridam in palatio veteri communis Bonon. & ſuper locis ſolitis ſcalarum dicti palatij, & per ciuitatem Bonon. in locis conſuetis; quòd omnes volentes conqueri de eo, de cuius ſyndicatu ageretur, uel aliquo de ſuis Iudicibus, officialibus, vel familia, uſque ad quatuor dies, non computata die primæ cridæ, & peremptoriè, compareant coram dictis ſyndicis, & ſuas offerant petitiones: & quod ab inde in antea non audientur. Et eadem crida fiat ſequenti die, quòd in termino prædicto dictorum quatuor dierum, computata die ipſius ſecundæ cridæ; compareant cum ſuis petitionibus, ad exponendum querimonias de ipſo ſyndicando, uel aliquo alio de eius familia.

216 Et quòd in crida contineantur infraſcripta uerba, uel æquipollentia, uidelicet. Quod quicunque uoluerit conqueri, peremptoriè ueniat infra dictũ terminum dierum quatuor, ſcientes, quòd hi, qui ad dictum terminum quatuor dierum non uenerit, de cætero non audientur.

217 Dicimus tamen, quòd ex eo, quòd dictæ cridæ, ſeu aliqua earum omiſſæ fuerint, uel omiſſa, ſeu aliquid, quod contineri debeat in eis, uel aliqua earũ, non uitietur aliquis proceſſus, nec aliqua in ſyndicatu agenda.

218 Item, quòd elapſis dictis quatuor diebus, nulla petitio, libellus, ſeu querimonia admittatur; niſi ex iuſta cauſa, uidelicet, infirmitatis, uel abſentiæ, aut alterius impedimenti, talis producere uolens, poſt

dictum

dictum terminũ, excuſaretur: de quo ſtari debeat declarationi dictorum ſyndicorũ, uel maioris partis eorum.

219 Et ſi infra dictum terminum petitio aliqua, ſeu libellus, uel querimonia quoquo modo porrecta fuerit: ille, cõtra quem porrecta fuerit, teneatur eli-
220 gere locum, ubi citari uelit: † aliàs citetur ad locũ, uel hoſpitium, ubi habitat ipſe, uel eius Poteſtas, ſeu Capitaneus, cũ de ſyndicatu Poteſtatis, vel Capitanei ageretur, ſemel, inuentus, uel bis, non inuẽtus, quòd ueniat reſponſurus dictæ petitioni, querimoniæ, uel libello. Sit tamen interuallum inter unam citationem, & aliam: duntamen inter ambas citationes, ſeu dilationes non excedatur ter-
121 minus unus diei. † Et ſiue uenerit, ſiue non, per ſe, uel alium legitimè: e lapſis terminis citationum, ſi non uenerit, & termino ad reſpondendum petitioni, ſi uenerit, procedatur ad recipiendum probationes conquerentis, etiam lite non conteſtata, quæ pro conteſtata habeatur, & ſit, eo caſu, non obſtante prædicta abſentia citati.

122 Et ſi prædicti, qui querelam, uel petitionem, uel libellum obtuliſſent, uel aliquis eorum ſuas probationes uellet facere per poſitiones, fiẽdas ei, uel eis, contra quem, uel quos petitio, uel libellus, uel aliqua querimonia porrecta eſſet, teneatur citari facere, modo prædicto, ipſum, uel ipſos, quòd ueniãt reſponſuri poſitionibus, reiectis exceptionibus, ſeu oppoſitionibus, quæ obijcerentur, uel obijci poſſent

poſſent ex eo, quòd dicerentur non eſſe pertinentes, uel non releuare, uel quoquo modo, uel cauſa
223 fieri non debere. † quibus exceptionibus ſic reiectis, ipſis poſitionibus reſpondere teneatur perſonaliter.

224 Et ſi citatus ad reſpondendum ſemel perſonaliter, uel bis ad domum, ſeu hoſpitium antedictum non uenerit perſonaliter, uel non reſponderit perſonaliter, uel legitimè non reſponderit, vel reſpondere recuſauerit, habeantur ipſo iure pro confeſſis, & perinde procedatur, & fiat, ac ſi comparuiſſet, & confeſſus fuiſſet quicquid in poſitionibus continebatur.

225 Saluo quòd Poteſtati, uel Capitaneo, qui ſyndicari debuerit ſi ſui copiam non fecerit publicè, & cuicunque alteri, de cuius ſyndicatu ageretur cum eſſet adeo infirmitate grauatus quòd commode uenire non poſſet, debeant mitti poſitiones ad ipſum talem impeditum uenire, per alterum ex Notarijs
226 dictorum ſyndicorum, † quibus reſpondere teneatur, ut ſupra, delato ſibi prius ſacramento per dictum Notarium & præſtito per dictum ſyndicandum, ut ſupra.

227 Statuimus etiam quòd dicti Syndici, & Notarij teneantur ſedere durante dicto eorum ſyndicatu pro eorum officio exercendo, ſingulis diebus de mane per unam horam, uel ultra ſecundum temporis exigentiam, & poſt nonas, per duas, tempori-
228 bus congruis ad diſcum Vrſi, † cum quibus con-

tinuò ſedeat unus ex militibus noui Poteſtatis, uel Capitanei, qui comparere, & obedire teneatur,& debeat dictis ſyndicis in omnibus, uigore, ſeu pro executione dicti officij ſyndicatus committendis.

229 Nec ſyndicandi unquam debeant ſedere ad tribunal cum ſyndicis.

230 Item dicti ſyndici teneantur prima, uel ſecunda die dicti officij ſyndicatus, requirere ſyndicum, ſeu procuratorem communis Bonon. & defenſores iurium Cameræ ciuitatis Bonon. quod infra dictos quatuor dies debeant ſuam petitionem porrigere contra officialem ſyndicandum, uel eius fa-
231 miliam:† quam poſſint porrigere quandocunque infra dictos quatuor dies dicti ſyndicatus: & quòd proſequantur iura dicti communis coram eis, ſub pœna uigintiquinque librarum bonon. pro quolibet ipſorum procuratoris,& defenſorum, de facto auferenda in quolibet caſuum prædictorum.

232 Item, quòd omnes & ſingulæ probationes, quas fieri contigerit de ſyndicatu Poteſtatis, uel Capitanei,& ſuę familię,& eius occaſione, fiant,& fieri debeant ſuper quibuſcunque petitionibus, & querelis, quæ offerentur coram dictis ſyndicis, infra octo dies ſui ſyndicatus, poſt dictos quatuor dies, datos ad petitiones, & querimonias producendas. quibus octo diebus elapſis, nulla probatio recipiatur per teſtes,& inſtrumenta; niſi in caſibus in prȩſenti ſtatuto comprehenſis.

233 Item, quòd quilibet conuentus, uel in quacunque

que

Digitized by Google

que querimonia deductus, vel vocatus coram dictis ſyndicis, quaſcunque exceptiones, quas opponere voluerit nominatim, diſtinctè ſpecialiter, & expreſsè, & non per modum alicuius clauſulæ generalis, opponere debeat infra dictos octo dies dicti ſyndicatus: infra quos ſi non oppoſuerit, volens excipere, ſiue exceptiones iuris, ſiue facti proponere de cætero non audiatur; niſi in caſu per præſens ſtatutum permiſſo: hoc tamen ſaluo, quòd aliquam exceptionem opponere non poſsit, quæ reſpiciat inhabilitatem perſonæ conquerentis, nec aliquam aliam, quæ non reſpiciat merita cauſæ. Nec etiam poſsit opponi libello, ſiue petitioni, ſiue querimoniæ, quòd in eo, vel ea ſit propoſita ciuilis, vel criminalis ſimul, & ſemel, quas ambas proponere poſſit ſimul, & proſequi cum effectu: vel, quòd plura delicta contra diuerſos, vel eundem ſint propoſita in eodem libello, ſeu petitione, vel querimonia: vel quòd locus nõ ſit legitimè appoſitus: vel quòd plures in eodem libello fuerint accuſationes: vel aliquæ aliæ exceptiones, quæ non reſpiciunt merita cauſæ, vt ſupra: quæ ſi oppoſitæ fuerint, ſiue omnes, ſiue aliquæ earum, reijciantur omnimodo, & pro non oppoſitis habeantur.

234 Dicimus etiam, quòd nulli alteri, quàm ſyndicis, & procuratori communis Bonon. ac dictis defenſoribus liceat libellum, ſiue petitionem generalem de ſtatutis, ordinamentis, reformationibus, vel prouiſionibus non ſeruatis porrigere, & ſi porrectæ,

uel porrecta fuerint, non ualeant ipſo iure, & can-
235 cellari debeant, † Et de aliena iniuria, uel offenſa, non liceat alicui libellum, ſeu libellos, ſeu petitionem, uel querimoniam porrigere, & ſi porrigeretur, non recipiatur, nec poſſit procedi ſuper tali libello, petitione, uel querimonia. Et ſi procederetur non ualeat, niſi porrigeretur de uoluntate, ſeu conſenſu iniuriati, uel offenſi, uel hæredis offenſi, uel niſi ſua intereſſet, uel niſi de eo quod principaliter tangeret commune Bonon. principaliter porrigeretur libellus, uel petitio uel querimonia, uel niſi de aliqua lege municipali non ſeruata ex qua de iure municipali aliqua pœna eſſet applicanda communi Bonon. & ad eam ageretur, uel niſi propter membrum abſiſum, uel mortem illatam, uel niſi ſuorum proſequeretur iniuriam, in quibus caſibus, & quolibet eorum recipiatur, & procedatur in ea, ſeu eo, uel eis, & ſuper eo, uel ea, ſeu eis uſque ad terminationem cauſæ.

236 Saluo quòd infra dictos quatuor dies datos ad exponendum querimonias comparuerit offenſus, uel eius hæres, & petitionem offerat, uel querimoniam de eo, de quo fuerit porrecta admittatur, & excludatur petitio, uel querimonia eius, qui præueniſſet in proponendo in aliquo ex caſibus ſupra præmiſſis per petitionem, ſeu querimoniam de iniuria dicti offenſi ſuperuenientis, vel eius hæredis.

237 Poſſit tamen inuito offenſo, uel eius hærede, ille, qui præuenerat adeſſe cauſæ, & proſequi, & probationes

bationes inducere, & etiam offenſus principaliter differens per quatuor dies poſſit petitioni ab alio præſentatæ de eo, quod principaliter tangeret ipsũ poſtea ueniens adeſſe, & probationes inducere.

238 Si autem in aliquo ex caſibus ſupra proximè dictis plures infra quatuor primos dies prædictos datos ad petitiones, ſeu querimonias exponendas cõcurrerint, uel unius offenſi plures hæredes, & petitiones, ſeu querimonias de eodem, uel ſuper eodẽ porrigerent, ſeu porrigere uellent, præferatur ille cuius magis intereſſe uideretur, uel qui magis uideretur idoneus, uel qui magis ex fide cauſam proſequeretur. quod remaneat prouidendum arbitrio ſyndicorum, uel maioris partis eorum.

Poſſit tamen quilibet prędictorum, quibus uel cui aliquis præferretur, ut dictum eſt, adeſſe cauſæ, & probationes inducere, & uſque ad finem peragere cauſam.

239 Item dicimus quòd præfati ſyndici teneantur, & debeant, ſub pœna quinquaginta librarum bonon. pro quolibet infra dictos primos quatuor dies ſyndicatus inquirere de omnibus, & ſingulis, in quibus diceretur ipſum Poteſtatem, uel Capitaneum, uel aliquem de eius familia, uel alium officialem, de cuius ſyndicatu ageretur deliquiſſe in committendo, uel omittendo aliquid de ijs quæ ſpectabant ad eius, uel eorum uel alicuius eorum officium, uel feciſſe aliquid contra formam iuris, uel ſtatutorum, uel ordinationum communis Bonon.

non. præſentium, uel futurorum, etiam ſi de his, uel aliquo eorum libellus, uel accuſatio, ſeu petitio, uel querimonia per aliquem porrecta non foret. quam inquiſitionem poſſint facere, tam generaliter, quàm ſpecialiter, ſeu ſingulariter, uel utroque, uel altero modo, uel inquiſitione una, uel plu-
240 ribus. † Super qua, uel quibus inquiſitionibus teneantur, & debeant recipere, & examinare decem teſtes idoneos ad minus, & quos crediderint melius ſcire ueritatem.

241 Et quòd infra dictos octo dies, poſt dictos quatuor dicti ſyndicatus, quilibet uolens coadiuuare officium inquiſitionis admittatur, & ſuas probationes inducat, & faciat: ſaluo, quod ſi compareret ille, cuius principaliter intereſſet, uolens coadiuuare officium inquiſitionis, vel eius hæres, præferatur cæteris in coadiuuando officium inquiſitionis circa id, in quo ipſius principaliter intereſſet. quo ad alia tamen in inquiſitione contenta, quilibet
242 etiam admittatur. † infra uerò dictos octo dies dicti ſyndicatus fiant omnes probationes a partibus, quæ fiendæ occurrerint ſuper proceſſu inquiſitionis: & ex probationibus accuſationis, vel libelli, uel querimoniæ: & ex probationibus inquiſitionum: & ex probationibus utriuſque poſſit procedi ad condemnationem, uel abſolutionem.

243 Poſſintq; ſyndici receptiones teſtium alijs etiam, quàm ſuis committere Notarijs: duntamen nō prohibitis eligi in ſyndicos, uel Notarios ſyndicorum eius,

eius,de cuius ſyndicatu ageretur, datis ſuſpectis à partibus, ſi dare uoluerint: & ad hæc citari partes debeant in loco, ut ſupra, ſemel inuentæ, uel bis nõ inuentæ: duntamen inter ambas citationes non excedatur terminus unius diei.

244 Item dicimus, quòd ultima die dictorum octo dierum de ſero in deſeſſu ſyndicorum a bancho, & ante, ſi de partium proceſſerit uoluntate, publicetur proceſſus, & fiat partibus copia actorum, & proceſſuum. Ita quòd infra dictum diem unam reci-
245 piant copiam, & recipere poſſint: † & infra duos dies a die dictæ publicationis ſequentes, liceat excipere, & opponere, tam contra perſonas teſtium, quàm eorum dicta, & ipſas exceptiones, & oppoſitiones, & obiecta probare. ultra quos non poſſit aliquid excipi, proponi, uel probari, quoquo
246 modo. † Et demum infra quinque dies ſequentes dicti ſyndici, ſine conſilio alio teneantur, & poſſint ferre ſententiam ſecundum probationes factas.

Poſſint etiam ferre ſententiam, ſine conſilio, in furtis, baratarijs, illicitis oppreſſionibus, torturis, & extorſionibus, ſecundũ indicia, & præſũptiones, quas præfati omnes ſyndici, uel maior pars ex eis
247 putauerint ſufficientes eorum arbitrio. † Ita tamen quòd infra dictos omnes dies, dictus ſyndicatus expediatur.

248 Et poſſint etiam dicti ſyndici uſque ad ſummam librarum quinque bonon. pro qualibet uice condemnare quoſcũque ſyndicandos eorum arbitrio,

cum

cum ſacramento conquerentis de extorſionibus, & baratarijs.

249 Dicimus etiam, quod ex eo quòd inquiſitio aliqua non fieret per ſyndicos præfatos, uel aliqua de ſolennitatibus iuris, uel ſtatutorum communis Bon. omitterentur in inquiſitionibus, uel proceſſibus inquiſitionis ſeu inquiſitionum, aut aliquarũ petitionum, accuſationum, uel querimoniarum,
250 uel libellorum: † uel quòd per partes plus eſſet dictum, uel factum, uel aliquid obmiſſum in aliquo, uel aliquibus libello, uel libellis, ſeu petitionibus, uel querimonia, ſeu querimonijs, non uitietur quod actum ſit, ſed ſolum habito reſpectu ad probationes, indicia, & præſumptiones poſſit, & debeat omnino procedi, perinde ac ſi omnia fuiſſent rectè, & ſolenniter obſeruata, & rectè, ſeu ritè, & legitimè propoſita.

251 Non obſtante etiam quòd aliquo modo renunciatum eſſet per aliquam partem poſt probationes factas, quæ renunciationes irritæ, & inanes ſint, & pro non factis habeantur, & eis renunciationibus non obſtantibus procedatur, & pronuncietur.

252 Saluo & exceptuato, quod opponi poſſint infra terminum ſtatutum ad opponẽdum exceptiones, quòd petitio, ſeu accuſatio, uel libellus, ſeu querimonia propoſitus, ſeu propoſita ſit contra formam huius ſtatuti, quod de ſyndicatu loquitur.

253 Quæ quidem ſententia feratur in ſcriptis per dictos ſyndicatores, uel maiorem partem eorum ſuper

per

per omnibus,& ſingulis inquiſitionibus, querimonijs, ſeu petitionibus, & proceſſibus ſupradictis in palatio veteri iuridico communis Bonon. ad diſcum Vrſi, in conſilio octingentorum publico.

Et ſi per prædictos ſyndicatores ſteterit, quominus infra dictos terminos feratur ſententia, pœnam centum librarum bonon. incurrat quilibet ipſorum:& nihilominus ipſam ſententiam ferre teneātur in ſcriptis, infra tres dies, ſtatim proximè ſe-
254 quentes, ſub eadem pœna: † & ad prædicta omnino compellantur per D. Poteſtatem Bonon. uel
255 D. Capitaneum populi. † Et ſententia quælibet ferenda per dictos ſyndicatores, uel maiorem partē eorum infra dicta tempora in prædictis ualeat. Nō obſtante exceptionē aliqua iuris, uel facti. Ita quòd non poſſit dici nulla, uel de nullitate opponi, nec ab ea appellari, nec aduerſus eā reſtitutio peti, uel aliquo modo infringi, retractari, uel annullari, etiā ſi non fuerit depoſita, uel conſignata ad diſcum
256 Vrſi. † Si uero infra primos quatuor dies ſyndicatus, qui præfixi ſunt ad porrigendū petitiones ſeu querimonias, nemo comparuerit, qui libellum, ſiue petitionem, ſeu querimoniam porrexerit contra eum, de cuius ſyndicatu ageretur, uel aliquem de eius familia, ſi familiam habuerit: tūc elapſo termino dictorum quatuor dierum, infra duos dies proximos, teneantur dicti ſyndicatores, uel maior pars eorum abſoluere eum, de cuius ſyndicatu ageretur, & eius familiam, ſi familiam habuerit; niſi

Poſſit etiam contra Poteſtatem,& Capitaneum, & eorum iudices procedi, & querimonia, uel petitio porrigi:& executione facta contra unum, alius non liberetur:& ſimiliter in Capitaneo.

260 Item quòd quandocunque ſententia condemnatoria fuerit ferẽda per ſyndicatores ſupradictos, ſiquidem perſonalis fuerit, fiat executio in illũ, uel illos, contra quem latæ fuerint: ſi uerò pecuniaria condemnatio lata fuerit, in quencunque executio contra Poteſtatem, uel Capitaneum, ſeu alium officialem, de quorum ſyndicatu ageretur, uel cuius condemnatus fuit aſſeſſor, uel officialis, fiat omnino.

261 Officialis tamen condemnatus, cuius condemnationis executio fuerit facta, uel fieri poteſt contra ipſum Poteſtatem, uel alium officialem principalem prædictum, detineatur ad eius petitionem, in quem facta fuerit, uel fieri potuerit executio per ſucceſſorem, quouſque ſibi fuerit integrè ſatisfactum de eo, quod pro tali ſuo officiali ſoluerit, uel condemnatus fuerit.

262 Item quòd in fauorem ſyndicandi non poſſit adeſſe aliquis aduocatus, uel procurator, uel coadiutor, niſi fuerit forenſis, uel niſi fuerit de familia ſua, nec in ipſius fauorem coram ſyndicis uerba proferre: ſub pœna centum lib. bon. cuilibet contrafacienti, & pro qualibet uice.

Dicimus ẽt, quòd ſi aliqua ſupradictarũ pœnarũ in præſenti ordinamẽto, ſiue forma ſyndicatus con

tentarum,ſiue impoſitarũ cõmiſſa fuerit, & nõ fuerit exacta,ut ſupra eſt declaratum: quòd tunc & eo caſu Poteſtas ſucceſſor teneatur, & debeat ſummariè,& de facto eas, & quamlibet earũ exigere, & id
263 quod exegerit,applicetur cõi Bonon.† Et etiam uolumus, & ſtatuimus ad hoc,ut exactio meliùs, & efficaciùs fiat in Poteſtatẽ, vel Capitaneum, & quoſlibet alios officiales forenſes cõis Bon. quòd depoſitarius, ſeu theſaurarius cõis Bon.& quilibet, qui ſolutionẽ debuerit facere,uel facere poſſet, prædictis,vel alteri eorum ſui ſalarij,teneãtur,& debeant omni exceptione reiecta, ultra ſatisdationes,ut ſupra præſtitas,apud ſe retinere ſalariũ ultimorũ duorũ mẽſium regiminis, ſiue officij ipſorũ Poteſtatis, & Capitanei, & aliorum officialium prædictorum, donec ſententia abſolutoria,uel condemnatoria lata fuerit ſuper ſyndicatu ipſorum.

264 Et inſuper dictus Poteſtas,& Capitaneus, & alij officiales ſyndicandi teneantur, & debeant loco pignoris conſignare ubi, & cui ſyndici elegerint, & ad eorũ petitionem,omnes equos,& arma, & alias arneſias,tenendas,& cõſeruandas,donec dicti ſyndicandi fuerint abſoluti,uel condemnati, ſeu licentiati:in quibus rebus poſſit,& debeat fieri executio prædicta. Qui eligendi per dictos ſyndicos teneantur prædictas res recipere,& ſaluare ad petitionem dictorum ſyndicorum, & ipſas ad mandata ipſorũ deſignare,& tradere maſſario,ſiue depoſitario prædicto communis Bonon.

Et

265 Et ſi cõdemnatoria lata fuerit ea die pronunciationis, uel ſequenti, ſalarium prædictum, quatenus concurreret cum ipſa condemnatione, compenſetur, & per ipſos maſſarium, uel depoſitarium retineatur, & quod excederet, uel totum, ſi fuerit abſolutus is, de quo ageretur, & eius familia, eidem integrè perſoluatur: & dicti equi, & arneſiæ relaxentur.

266 Si verò condemnatio excederet, uel excedere uideretur dictis ſyndicis, etiam antequam facta eſſet, dictum ſalarium retentum, & æſtimationem rerum deſignatarum, ut ſupra, eo caſu detineatur ipſe ſyndicandus ad petitionem fideiuſſorum per eũ præſtitorum, ut ſupra; & cuiuslibet eorum, quam diu idoneè ſatisdederit de nouo, de ſoluendo, ſeu ſoluerit condemnationem de eo factam, uel faciendã. Ita tamen quòd in aliquo caſuum prædictorum dicti primi fideiuſſores modo aliquo non liberentur a Camera Bonon. donec dictæ Cameræ ſit integrè ſolutum, & ſatisfactum.

267 Si autẽ dictus ſyndicandus ueniret perſonaliter puniendus ratione alicuius delicti per probationes, ſuſpiciones, uel indicia, quæ uiderentur dictis ſyndicis, etiam ſine aliqua declaratione inde fiẽda per ipſos, poſſit, & debeat perſonaliter detineri de mandato dictorum ſyndicorum: & in prædictis, & quolibet prædictorum, & eorũ occaſione Poteſtas uel Capitaneus, & quilibet eius officialis, & familiaris teneatur ipſis ſyndicis præſtare auxilium, &

fauorem

ſauorem, quandocunque per eos fuerint requiſiti, ſub pœna ipſi Poteſtati, uel Capitaneo librarũ mille bonon. ab eo auferenda tempore ſyndicatus.

268 Et quòd ſyndici, qui præerunt ad ſyndicandum ipſum Poteſtatem, uel Capitaneum, ſeu alium officialem, teneantur prima die ſui ſyndicatus inquirere, & inueſtigare diligenter: nunquid ei, de cuius ſyndicatu ageretur, aut alij ꝑ eo ſit facta ſolutio ſalarij dictorum duorum ultimorum menſium: & ſi reperiretur ſolutionem factam in totum, uel pro parte ſalarij dictorum menſium prɇciſe, teneantur, & debeant omni exceptione, & defenſione iuris, ſiue facti reiecta, condemnare talem Poteſtatem, uel Capitaneum, vel officialem in duplum dicti ſalarij, cuius ſolutio facta fuiſſet, ubi æquum uideatur dominis ſyndicatoribus, uel maiori parti eorũ

269 † Et quòd dictus ſyndicandus detineatur perſonaliter, donec dictum ſalarium dictorum duorũ menſium, uel partem, quam acceperit, reſtituerit, ſeu depoſuerit, ſeu fideiuſſores idoneos præſtiterit.

270 † Et nihilominus tales ſoluentes incurrant pœnam centum librarum bonon. auferendam, ut ſupra dictum eſt.

271 Dicimus etiam, quòd ſi aliquis infra terminum cridarum comparuerit, & contra ſyndicãdum, uel aliquem de ſua familia, libellum, querimoniam, ſeu petitionem porrexerit, ſeu propoſuerit coram dictis ſyndicis, ſiquidem ad aliquam pœnam infligendam dicto ſyndicãdo, vel alicui de ſua familia, quɇ

cõmuni

communi Bonon. ueniat applicanda : & ipſum libellum, querimoniam, ſeu petitionem non probauerit, ſeu ipſi renunciauerit, primò lite conteſtata, uel quaſi, incurrat pœnam librarum duarum bon. in quibus condemnari debeat per dictos ſyndicatores, & etiam in expenſis tempore abſolutionis fiendæ de ipſo ſyndicando a libellis, petitionibus, ſeu querimonijs antedictis, taxandis per dictos ſyndicos ea die, uel ſequenti.

272 Et ne labor dictorũ ſyndicorum, conſultorum, & Notariorum ſit eis damnoſus ; Statuimus, quòd Poteſtas, & Capitaneus, & quilibet ipſorum pro ſe & tota ſua familia teneatur dare dictis ſyndicis, pro quolibet eorum, tres libras bonon. & cuilibet eo-

173 rum Notario tres libras bonon. † Et pro eodẽ ſalario ipſi Notarij ſententiam abſolutoriam, uel condemnatoriam authenticare teneantur, & talem cõdemnationem in publicam formam ad Cameram actorum ciuitatis Bonon. ponere teneantur pro eodem ſalario, infra menſem : ſub pœna uiginti librarum bonon. quæ ſententiæ ualeant, etiam ſi ad diſcum Vrſi non reperiantur.

274 Alius verò officialis ſyndicandus ſolùm dimidiã eius, quòd ſoluitur per Capitaneum, uel Poteſtatem, ſoluere teneatur ſyndicis, & Notarijs ſupradi-

275 ctis. † Ad quem alium officialem ſyndicandum eliguntur ſolùm duo ſyndicatores, ſcilicet unus legũ

276 doctor, & unus alius bonus ciuis: † quibus ſyndicatoribus deputetur ſolùm unus Notarius ætatis uiginti

ginti quinque annorum, & practicus in officio notariatus, qui uacare debeat, ut ſupra.

277 Adijcientes, quòd ubi aliquis ex officialibus, uel familiaribus D D. Poteſtatis, uel Capitanei ſyndicari contigerit, durante officio eius rectoris, cum quo erit in officio, teneatur ipſe ſyndicandus idoneè ſatisdare de ea quantitate, quæ uidebitur dominis ſyndicis, qui talem ſyndicabunt: alias ipſe talis ſyndicandus mittatur ad carceres ciuitatis Bo-
278 non. † & etiam mittatur ad carceres quilibet ſyndicandus in caſu, in quo ipſe talis ſyndicandus debeat puniri perſonaliter, & in omni alio caſu, quo dictis ſyndicis, uel maiori parti eorum uidebitur, uel placuerit, etiam non obſtante aliqua ſatisdatione præſtita per talem ſyndicandum: Et idē fiat, & obſeruetur in alijs quibuſcunque officialibus foren ſibus ſyndicandis.

279 Adiicientes etiam, quòd doctor, qui ſyndicauerit Poteſtatem præcedētem, Capitaneum, uel aliū officialem, debeat nouo Poteſtati, uel Capitaneo, ſeu officiali, tempore introitus officij eorum conſuetum facere ſermonem.

Quod

QVOD CAVSAE ALIBI QVAM in Rota cognoſci, & terminari non debeant nec ab ipſa poſſint auocari.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

AD FVTVRAM REI memoriam. Ex iniuncto nobis deſuper apoſtolicæ ſeruitutis officio quo ſumus vnicuique in adminiſtranda iuſtitia huiuſcemodi perſonis quibuslibet, præſertim nobis, & Apoſtolicæ ſedi immediatè ſubiectis conſulitur, noſtræ vigilantiæ partes propēſiùs impartimur. Exponi nobis fecerunt dilecti filij Vexillifer Iuſtitiæ, & Quadraginta Reformatores ſtatus libertatis eccleſiaſticæ ciuitatis noſtræ Bonon. quòd licet in primordio noſtræ ad ſummū Apoſtolatus apicem aſſumptionis dictorum Vexilliferi, & Reformatorū ſup-
280 plicationibus inclinati, † quòd in dicta ciuitate Rota perpetuis temporibus duratura, & ſingulo quinquennio renouanda fieret, & erigeretur, & pro ea facienda & erigenda quinque doctores excellentes, & vſu, ac peritia iudicandi præſtantes aliunde, quàm ex ipſa ciuitate, aut eius comitatu, ſiue diſtrictu oriundi, & qui in eadem ciuitate ſaltem per integri anni interuallum non habitaſſent. Qui omnes cauſas ciuiles, duntaxat, certam ſum-

mam excedentes, in prima, ſecunda, & vlteriori inſtantijs cognoſcere & terminare habeant;cum modis, & oneribus,capitulis, & prouiſionibus neceſſarijs, & opportunis, ac per partita inter eoſdem Vexilliferum, & Reformatores legitimè, more ſolito,in præſentia, & de conſenſu pro tempore exiſtentis noſtri in dicta ciuitate Legati, ſeu eius Vicelegati,obtinenda,ſtatuendis,& declarãdis eligerentur: & ex eiſdem quinque doctoribus ſingulis annis Poteſtas eiuſdem ciuit. deputaretur: ipſique omnes poſt duos annos, immediatè ſubſecuturos, ſyndicatui de eis faciendo, ſubiacere deberent. Et dum Rotæ huiuſmodi præſiderent, nullum aliud officium, nec iuriſdictionem aliquam in dicta ciuitate habere, aut obtinere poſſent; ſtatuerimus, & ordinauerimus: prout in capitulis de mandato noſtro ſignatis,pleniùs cõtinetur. Nihilominus quia contingere poſſet cauſas in eadem Rota pendentes, vigore commiſsionum ad importunam partiũ inſtantiam, per nos, ſeu de mandato noſtro pro tẽpore ſignatarũ, ab illa auocari, & alijs Iudicibus tã in partibus, quàm in Ro. Curia cõmitti, & ciues & incolæ ciuitatis, & comitatus, ac diſtrictus prædictorum erectione Rotæ huiuſmodi fruſtrari, & circa proſecutionem cauſarum, & litium ſuarum diuerſis expenſis, & laboribus fatigari, in eorum graue diſpẽdium, nobis humiliter ſupplicari fecerũt, vt in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſt. dignaremur. Nos igitur qui noſtrorum,

& dictæ Sedis ſubditorum diſpendijs, quantum cũ
Deo poſſumus, libenter occurrimus, dictorum Ve-
xilliferi, & Reformatorum ſupplicationibus incli-
281 nati: † quod de cætero omnes, & ſingulæ cauſæ ci-
uiles inter ciues, & incolas pro tempore exortæ,
ſummam prædictam excedentes, in quacunque in-
ſtantia in eadem Rota, & nõ alibi cognoſci, & ter-
282 minari debeant: † Quodq; ab illa quouis modo ni-
ſi per nos, & ſucceſſores noſtros Ro. Põtifices pro
tempore exiſtentes, & in uim commiſſionis per
nos, ſeu eoſdem ſucceſſores noſtros, noſtra, vel eo-
rum propria manu, & per hoc verbũ, Placet, ſigna-
tæ, niſi de vtriuſque partis conſenſu auocari non
283 poſſint: † nec Poteſtas, aut Auditores præfati inhi-
bitionibus, ſeu mãdatis eis, vigore commiſſionum
aliter, quã, vt præfertur, ſignatarum, factis, etiã quaſ
cunque ſententias, cenſuras & pœnas, etiam pecu-
niarias in ſe continentibus, parere teneantur: nec
ob non paritionem huiuſmodi aliquibus ſenten-
tijs, cenſuris, & pœnis prędictis innodati, aut illas
incurrere quouis modo poſſint authoritate Apo-
ſtol. tenore præſentium, & ex certa ſcientia ſtatui
mus, & ordinamus: Decernentes ex nunc irritum
& inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis au-
thoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit at-
tentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitu-
tionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſq;
contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud
ſanctum Marcum ſub annulo piſcatoris die x i.

Iulij. M D XXXIX. Pontificatus Noſtri Anno Primo. Bloſius.

EX SENATVSCONSVLTIS CIVITAtis Bonon. legitimè editis Die XVII. Octobris. M D XLIX.

DEcreuerunt cum ad expreſſiorem declarationem hac in re intentionis Senatus,
284 tum ad tollendum omne dubium † vt
poſt hac ſinguli ex Auditoribus Rotæ Bononienſis ſtipendium,ſiue ſalarium ſuum publicum percipere debeant pro eo, duntaxat, tempore, quo officio ſuo interuenerint,ita vt adueniente caſu, vel mortis, vel ceſſionis, vel diſceſſionis alicuius ipſorum Auditorum, nec is, nec ipſius hæredes vllo modo petere vnquam, vel conſequi poſſint nomine ſtipendij, ſiue ſalarij ſui huiuſmodi, niſi reliquum illud, quod ei fortè deberetur pro eo duntaxat tempore, quo vt ſupra inſeruierit, & officio ſuo functus fuerit, & non aliter, nec alio modo. Atq; huic decreto nihil penitus obſtare,aut repugnare,vel illud infringere poſſe ſenatus ſanxit,& decreuit.

DIE

Digitized by Google

DIE VI. AVGVSTI. M D LV.

QVONIAM in mutatione,ſiue renoua-
tione quinqueuiralis Rotæ Bonon. Iu-
dicij, quæ fit de quinquennio in quin-
quennium, ſæpius euenire ſolet aliquas
cauſas ab Auditoribus, iudicatu ſuo perfunctis, &
eorum ſingulis commiſſas, & delegatas indeciſas
relinqui, quæ ab eorum ſucceſſoribus cognoſcen-
dæ ſunt. Ne rurſus committẽdis,& delegandis Iu
dicijs,cum diſceptantium incommodo, mora aſſe
285 ratur, † decreuit ſenatus ex authoritate Reueren-
diſsimi domini Prolegati ſui, vt cauſæ omnes,tam
ordinariæ,quàm commiſſariæ,etiam à ſede Apoſto
lica, & ad referendum delegatæ, quæ adhuc pen-
dent, quæq; de cætero in huiuſmodi caſu renoua-
tionis Rotæ pendebunt indeciſæ, ijs intelligantur
nouis Auditoribus commiſſæ, qui in diem tribu-
nal, & ſeſſionem, iuxta ordinem, & prioritatem
doctoratus ſucceſſerunt, etiam ſi per abſentiam,
vel impendimẽtum prioris Auditoris iuſtum, alius
ex præceſſoribus ſurrogatus foret,ita vt vnuſquiſq;
illas cauſas cognoſcat, & de illis pronunciet, quæ
pertinebant ad eum Rotæ Auditorem, qui in eo-
dem loco, & tribunali ſedebat: exceptis tamen ijs
cauſis, quæ per ſpeciale reſcriptum alicui ex Audi-
toribus, ad hunc vſque diem, aliter commiſſæ repe
rirentur,temporaq;, & inſtantias cauſarum,à die fi

niti

Digitized by Google

niti officij prædeceſſorum, vſque ad præſentem ſurrogationis diem incluſiuè, non cucurriſſe, neque computari, etiam ſi continua eſſent, decernit, & declarat; & hoc conſtitutionis, & decreti perpetui vim obtinere voluerunt: contrarijs omnibus abrogatis, & derogatis.

DIE DECIMO IVLII. M D LIX.

NE Rotæ Bonon. Auditores, durante eorum officio, ad eorum libitũ abeſſe poſ-
286 ſint: † ſtatuerunt de cætero eiſdem Auditoribus non licere abeſſe extra ciuitatem, & comitatum Bonon. niſi cum licentia Senatus, legitimè obtenta, excepto tempore feriarum propter neceſſitates hominum introductarum, quo tempore abeſſe poſſint per menſem tantùm, obtenta tamen verbotenus licentia à ſenatu, ſaltẽ in numero viginti congregato: ita tamen vt ipſorum Auditorum, tempore feriarum, tres, Prætore computato, in ciuitate Bonon. continuè reſideant. recedentes, forma, ſeu ordine prædictis non ſeruatis, periuros eſſe, & pœnam ſcutorum mille, ipſo facto, incurriſſe decreuerunt. Contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

EODEM DIE.

CVM Senatus ab experto cognouerit
valde intereſſe Reipublicæ, & priuato-
rum in ſingulis officijs, maximè iuridicē
do præpoſitis, cũ nouiter electis aliquẽ
ex prioribus officialibus ad tempus eſſe, vt ab eo
informati celeriùs, & promptiùs ad expeditionem
287 negociorum pendentium procedere valeant: † Ic-
circo ſtatuerũt, quòd cum nouis Auditoribus Ro-
tæ nunc, & in poſterum eligendis, futuris tempori-
bus, vnus ex prioribus Auditoribus per proximum
ſubſequens triennium eſſe, & reſtare, ac permanere
debeat, qui Præturam primus in ingreſſu nouorum
Auditorum inire debeat. & Prætura anno integro
functus, per ſubſequens biennium vt Auditor cum
nouis eſſe debeat: quo finito, alius nouus ſubin-
tret; & quòd in præſenti nouorum Auditorum
electione, & reliquis futuris, quinque, vt anteà, eli-
gantur per ſcrutinium, ſeu vota Senatus; videlicet
quòd ij quinque, qui potiora vota ex competitori-
bus habuerint, ad Auditoratum admittantur, & re
cipiantur. At verò qui ex huiuſcemodi electis pau-
ciora ſuffragia habuerit, is remanere, & ſuccedere
debeat poſt dictum triennium, poſtquàm alij ſede-
288 rint. † ſicque in calen. Iulij quarti anni Præturæ
officio in ingreſſu nouæ Rotæ potiatur, & cum no-
uis Rotæ Auditoribus per triennium officium exer
ceat: & ſic ſemper ſeruari debere, vt in ipſa Rota
ſemper vnus adſit ex prioribus Auditoribus, qui
nouos in ingreſſu informare poſſit. Et ex nunc, vt

ſtatutum

ſtatutum, & decretum huiuſcemodi ſecundùm ordinem prædictum locum habeat, excellen. Iuris vtriuſque doctori domino Ioanni Baptiſtæ Santutio Lucenſi moderno Rotæ Auditori, qui in initio futuræ Rotæ, biennio Auditoris officio functus erit, officium huiuſmodi Auditoratus Rotæ prorogarunt ad triennium, eundem (quatenus opus ſit) eligentes ad idem triennium in calen. Iulij anni M D LX. inchoandum, eidemque Præturam per annum integrum in dictis calen. inchoandum decreuerunt. & ex quinque Auditoribus pro futuro proximò quinquennio eligendis, eum, qui per pauciora vota, legitimè tamen, obtinuerit, mox finito dicti domini Ioannis Baptiſtæ triennio, ſuum Auditoratus officium capere, & exercere per proximum integrum quinquennium, & in ſubſequenti quinquennio primam exercere Præturã, & poſt Præturam, Auditoratum (vt præfertur) continuare vt ab ingreſſu integro quinquennio Auditoratum exerceat. & ſic deinceps perpetuo ſeruari debeat. Contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

DIE MARTIS XXVIII. MAII. M D LX.

ITEM volentes prouidere abuſui à nõnullis annis citra non ſine Senatus, & Reipublicæ Bonon. indignitate introducto, in nimis facilè dãda licentia, & comeatu.

Digitized by Google

comeatu Auditoribus Rotæ, nondum eorum magiſtratu finito, † ſtatuerunt, & decreuerunt hac lege perpetuò ualitura, obtenta per ſuffragia. 27. non poſſe de cætero ulli ex quinque Auditoribus Rotæ, ante finem eorum quinquennalis magiſtratus, & niſi expleto ſyndicatu, ullo modo, ullauè ratione, cauſa, uel colore licentiam, aut comeatum dari, ſiue concedi diſcedendi, & abeundi, ipſamque Rotam, uel locum, quem in ipſa teneret, dimittendi, ſeu quoquo modo ſe abdicandi; niſi per ſenatuſ conſultũ, per omnia ſuffragia ſenatorũ legitimè factum. Contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

(margin note 289, beside the line "giſtratu finito, † ſtatuerunt")

EX CAPITVLIS SANCTISSIMI D. Noſtri Pij Quarti Pontificis ciuitati Bonon. conceſſis, & eius propria manu ſubſcriptis.

CVM erecta fuerit in hac ſua ciuitate Rota, quæ in ciuilibus cauſis inter ciues, & incolas ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Bonon. præſit, & conſtitutiones in ipſa Rota ſeruandæ, factæ, & reformatæ pluries fuerint per magnificum Regimen, cum conſenſu, & auctoritate Reuerendiſsimi, & Illuſtriſſimi Legati, ſiue Vicelegati pro tempore, & per fœl. recor. Paulum tertium conceſſum, per literas in forma Breuis, ne auocari ab ea poſſint cauſæ. Supplicant humiliter Sanctitati Veſtræ, quatenus eidẽ

placeat (ipſarum conſtitutionum, & literarum te-
nores, & effectus pro expreſſis habendo, & præſer-
tim eas, quæ de inhibitionibus à Romana Curia,
& Iudicibus Eccleſiaſticis diſponunt, nec non de
290 non auocandis ab ea cauſis) † Rotæ ipſius erectio-
nem, & conſtitutiones, ſic editas, & poſtea refor-
matas, & literas prædictas reformare, & compro-
bare; decernendo, quòd eiſdem Rotæ conſtitutio-
nibus, & literis per aliquem alium, quauis dignita-
te fungentem, ſiue in Romana Curia, ſiue in ciui-
tate Bonon. exiſtentem, præter S. V. & in vim cō-
miſſionis manu propria S. V. & per hoc verbum
Placet, & non aliter, nec alio modo ſignatæ, deroga
291 ri non poſſe, † Regimini prædicto cum conſenſu
Legati, ſeu Vicelegati pro tempore reformatione
illarum opportuna ſemper ſalua. Cumq; ab exper-
to cognitum ſit inſtantias tum ſtatutarias, tum cō-
ſtitutionum, ferè omnes cauſas adducere in diſcri-
292 mē ex temporum lapſu, † Placeat S. V. vt in eo fo-
ro per dilationes, inſtantijs reiectis, in meritis pro
cedatur, prout per conſtitutiones eiuſdem Rotæ
in melius reformandas declarabitur, cum & dili-
gentiùs, & faciliùs iuxtà morem Romanæ Curiæ
cauſæ intelligi, & expediri valeant, quàm cum ob-
ſeruatione inſtantiarum. Sed & inſuper S. V. pla-
ceat, more pijſſimi patris, ciuitati ſuæ Bonon. com
patiendo, & abuſibus iudiciorum cauſarum ciui-
lium, & Auditoribus ſportulas affectantibus, & ar-
bitrio abutentibus occurrendo, ex pietate, & miſe-

ricordia

293 ſericordia ſua, mãdare † omnes cauſas ciuiles, proceſ
ſum requirentes, debere in ipſo foro quinqueuiralis Rotæ cognoſci, & terminari, & committendas per Legatum, aut Vicelegatum, vel Gubernatorem debere ipſis Auditoribus Rotæ, ſportulas nequaquam recipientibus, committi; cum ſalarium de publico habeant, & ſyndicatui quolibet anno ſu-
294 biaceant. † Auditorem vero Legati, ſeu Vicelegati, aut Gubernatoris ſolũ cauſas ciuiles proceſſum non requirentes cognoſcere, & terminare poſſe.

Placet Sanctiſſimo Domino noſtro, niſi ex aliqua iuſta cauſa videatur ſuperiori prouidendum eſſe pauperi contra potentem.

Tholomeus Galius Secretarius.

ITEM cum penè toti ditioni Eccleſiaſticæ conceſſum reperiatur, & conſuetudine obſeruetur quòd ad S. V. & ſanctam ſedem Apoſtolicam, omiſſo medio, in cauſis prophanis non appelletur: ſupplices poſtulant, vt dignetur S. V. & eidem placeat, inhærendo prædictis, & conceſſionibus fœl. recor. Iulii ſecundi, & Leonis decimi, concede-
295 re, † quòd in cauſis prophanis, appellationes quæcunque, etiã a Legato, Vicelegato, alijsue ordinarijs, aut delegatis, etiam S. V. tam ab interlocutorijs, quàm diffinitiuis, quomodocunque iudicialiter, uel extraiudicialiter interponendæ, etiam ſi ad S. V. & ſanctam ſedem Apoſtolicam interponantur, ad eandem Rotã deuoluãtur, & in eam, abſque aliqua deſuper obtinenda commiſſione, introdu-

cantur, ab eaquè cognoſci, & terminari debeāt, ac ſi ad ipſam interpoſitæ fuiſſent, & iuxta Rotæ con-
296 ſtitutiones. † Quòdque in introductionibus ipſarum appellationum, & productionibus, iuris cō-munis diſpoſitionem ſeruare ſatis ſit, iuris municipalis contraria diſpoſitiones ſublata.

Seruetur ſolitum. Tholomeus Galius Secretarius.

ITEM cum ad euitandum fraudes, & falſitates, ac originalium proceſſuum amiſſiones à ſtatutis Bonon. cautum ſit, regiſtrum authenticum proceſſus, in qualibet cauſa, ſummam librarum uigintiquinque excedente, requiri, illudquè in ſpecie à fœl. recor. Iulio ſecūdo, & in genere ab alijs ſucceſſoribus eiuſdem approbatum extiterit, & ex Rotæ conſtitutionibus tum primis, tum nouiſſimis diſpoſitum ſit huiuſcemodi regiſtrum in cauſis librarum trecentarum, & ultra requiri, in alijs uerò minoris ſummæ ſtatutum correctum: ſupplices rogant S. V. quatenus dignetur concedere,
297 & mandare, † quod huiuſcemodi Rotæ conſtitutio de regiſtris proceſſuum faciendis, per quoſcunque iuſdicentes, ac dicturos in dicta ciuitate Bonon. ordinaria, uel delegata, etiam S. V. & ſedis Apoſtolicæ auctoritate fungentes, ad unguem in cauſis prophanis obſeruetur. Sub pœna, de qua in ſtatuto de materia diſponēte, ſtillo, ſeu uerius corruptela, in curia, & foro cuiuſuis Iuſdicentis, & alijs contrarijs ſublatis.

Placet

Placet Sanctiſsimo Domino noſtro. Tholomeus Galius Secretarius.

ITEM cum forum Mercatorum in ciuitate Bonon. ubi cauſæ ad mercaturam quouis modo pertinentes cognitæ, ſemper, & terminatæ, fuerunt ſuis ſe, & quàm pulcherrimis ſtatutis, necnon ordinationibus, & priuilegijs, tam à ſummis Pontificibus, quàm ab ipſius ciuitatis Magiſtratibus laudabiliter, & æquiſsimè regat, & gubernet: ſupplicant humilimè, † ut S. V. ad communem totius ciuitatis ſatisfactionem, uelit nedum forum ipſum cum ſuis ſtatutis, omnibus priuilegijs, & ordinationibus illæſum confirmare, ſed mãdare etiã, & decernere, ne cauſæ ad ipſum pertinentes ullo modo, ullauè ratione alibi, quàm in eiusdem fori tribunali cognoſci, terminari, & iudicari poſsint, quoſcunque alios iurisdictione priuando. contrarijs omnibus, & quibuſcũq; ſublatis, & derogatis, & hoc de ſpeciali gratia à S. V. nomine uniuerſæ ciuitatis ueſtræ Bononiæ petitur.

298

Placet Sanctiſsimo Donino noſtro. Tholomeus Galius Secretarius.

299 ITEM ſupplicant, ut lites, & cauſæ Vectigalium, & rerum connexarum cum ipſis Vectigalibus, uti collectarum, & aliorum ſimlium grauaminum, cognoſcantur, & iudicentur ad illa tribunalia, ad quæ ex inſtitutis ueteribus ciuitatis cognitæ ſemper, & iudicatæ fuerunt, & non alibi: Quod etiam Beatitudinis Veſtræ prædeceſſores conceſ-

300 ſolent, & uoluerunt: † Atque ut cauſæ etiam, & lites, etiam inter priuatos motæ, in quibus de publicæ alicuius rei, uel auctoritatis intereſſe ageretur, Bononiæ, & non alibi cognoſci, & iudicari debeant, nec inde auocari poſſint.

Placet Sanctiſsimo Domino noſtro. Tholomeus Galius Secretarius.

301 ITEM pro communi omnium comitatinorum commodo, & ſatisfactione ordinare uelit S. V. ut officialium omnium comitatus Bonon. qui ſunt ciues Bonon. iuriſdictio, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & mixtis cauſis illæſa conſeruetur, ipſiq; in officijs ſuis huiuſcemodi exercendis, iuriſdictione ipſa liberè fungãtur, nec ab aliquo impe-
302 diri poſsint, aut debeant, † & quòd nullis cõmiſsionibus, & inhibitionib. niſi Reueren. pro tẽpore Legati, aut Vicelegati, uel Gubernatoris, propria ma-
303 nu ſignatis, ſubſint, uel parere teneantur. † Qui tamen officiales ſubiacere omnino debeant ſyndicatui, & ſyndicatus fiat ſecundum prouiſiones, & ordinationes ciuitatis Bononiæ.

Placet S. D. N. & quòd ſeruentur conſtitutiones editæ tam per S. Sanctitatem in minoribus, quam per Cardinalem Moronum; ita tamẽ, quòd eædem conſtitutiones contra eoſdem officiales etiam ſeruentur. Tholomeus Galius ſecretarius.

ITEM cum non ab re à ſtatutis Bononiæ caueatur, quòd forenſes aliqui in confinibus comitatus Bonon. & prope illa per tria milliaria non

acquirant,

acquirant,quinimmo acquiſita in Bononienſes ciues alienent infra certum tempus, & hoc ne finiũ confuſio ſuccedat, & ſtatutum huiuſcemodi S. V. prędeceſſores confirmauerint, & obſeruari man-
304 dauerint, prout in eorum literis: Placeat S. V. ſtatuti, & literarum antedictarum tenores pro expreſſis habendo, ea omnia confirmare, & renouare, & ad unguem obſeruari mandare. Contrarijs ſublatis quibuscunque.

Placet Sanctiſsimo Domino noſtro, quòd ſeruentur ſtatuta, & literæ apoſtolicę prædeceſſorum.

Tholomeus Galius Secretarius.

QVæ omnia, & ſingula dignetur S. V. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine cõſirmare, & concedere, atque ita ut ſola ſignatura, manu Beatitudinis Veſtræ appoſita, ſufficiat, abſq; aliqua alia deſuper literarũ confectione: ſeu prout Quadraginta uiris melius uidebitur, liceat ſuper ſingulis petitionib. antedictis à S. V. conceſsis literas in forma Breuis, uel Bullæ leuare, & extrahere quandocunq;. Et quòd contrariorũ derogatio fieri ualeat de gratia ſpeciali. Non obſtantibus in contrariũ facientibus quibuscunque, etiam ſi talia forent, de quibus de uerbo ad uerbũ ſpecialis, & indiuidua mentio habenda foret. Id quod à S. V. prædeceſſoribus conceſſum etiam fuit,

Placet de omnibus, & ſingulis ut ſupra. I.

Dat. Romæ apud. S. Petrum Sexto Idus Maij Anno Primo.

Digitized by Google

CONSTITVTIO CONCESSIONIS diminutionis datiorum: & quòd per ordinarios ius reddatur ſecundùm formam ſtatutorum: & confirmatio ſtatutorum cum alijs gratijs.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. ad perpetuam rei memoriam. Et ſi de cunctarum ciuitatum, temporali dominio Romanę Eccleſiæ ſubditarum, ſtatu pacifico, trãquillo, ac proſpero, & fœlici regimine cogitare nos deceat, ad noſtram tamen ciuitatem Bononiæ, cuius eccleſiæ, dum in minoribus eſſemus, & Cardinalatus fungeremur honore, pluribus annis præfuimus, illuſque ciuiũ, & incolarum quietem, tantò accuratius aciem noſtræ conſiderationis extendere nos conuenit, quantò illa inter alias dictæ Romanæ Eccleſiæ ciuitates, inſignis, & famoſa exiſtit, & illius ciues incolæ tam in expulſione tyranni proximis annis, quàm nuper exercitus Gallorum, dum eidem ciuitati illam expugnandi, ac illius mœnia adoriendi, & curiam Romanã inibi reſidentem violãdi cauſa appropinquaſſet, erga nos, & Apoſtolicam ſedẽ ſinceræ deuotionis affectum, & inconcuſſam fidẽ maniſeſtiſſimè oſtenderunt, & iugi deuotione per quaſlibet

libet opportunitates oſtendere non deſiſtunt. Vnde eis illa fauorabiliter concedimus, per quæ eorũ commoditatibus, & vtilitati valeat ſalubriter prouideri; vt exinde eorum erga nos, & eandem Romanam Eccleſiam deuotio exaugeatur, cum priuilegijs, prærogatiuis,& gratijs ſe præ cæteris eiuſdẽ Romanæ Eccleſiæ ſubditis proſpexerint eſſe muniti tos. Sanè cum dilecti filij Confalonerij, & Maſſarij artium, & populi dictæ ciuitatis nobis eo, quo conuenit, mentis, & deuotionis affectu integritatem, & fidei conſtantiam, quas erga nos, & dictam Romanam Eccleſiam, etiam nouiſſimè in aduentu exercitus Gallorum huiuſcemodi, geſſerunt, & gerunt expoſuiſſent, ac nobis humiliter ſupplicaſſent, vt infraſcriptas conceſſiones, & gratias eis cõcedere dignaremur: non potuimus eorum petitionibus, niſi gratũ,& beneuolum præſtare aſſenſum. Nos itaque huiuſcemodi ſupplicationibus inclinati, vt nullus granum, & ſeu quodcunque genus bladi in dicta ciuitate mòli faciens, aliquam gabellam per totum menſem Decembris proximè futuri ſoluere, & deinde perpetuis futuris temporibus omnes,& ſinguli granum, & blada huiuſcemodi in dicta ciuitate moli facientes, prò quolibet corbe grani, ſeu frumenti librarum centum quadraginta, non niſi duos ſolidos bononenorum de argento, datij Molendinorum nuncupati, Portarum verò dictæ ciuitatis datiarijs,ſeu gabellarijs, pro tem

K pore

pore exiſtentibus, tantum dimidiam gabellam hac-
tenus gabellarijs, ſeu datiarijs Portarum huiuſce-
modi perſolui ſolitam, ſoluere teneatur. & propter
quamplura damna, & agrorum depopulationes,
& hoſtium incurſiones, quæ incolæ, comitatini, &
habitatores comitatus dictæ ciuitatis nuper paſſi
fuerunt, quòd ijdem incolæ, comitatini, & habita-
tores à ſolutione, & à qualibet exactione taxarum
militibus, ad noſtra, & dictæ Romanæ eccleſiæ ſti-
pendia militantibus, perſolui ſolitarum, penitus &
in totum per Confalonerios, & Maſſarios præfa-
tos liberari, & eximi poſſint. Necnon taxa Bouũ,
& vaccarum per dictos incolas comitatinos, & ha-
bitatores perſolui ſolita, etiam extingui, & in aliud
onus, ſeu grauamen eiſdem incolis, & habitatori-
bus imponendum, ex quo Camera apoſtolica tan-
tum percipiat, quantum percipere conſueuerat ex
dicta taxa, ſine tamen ipſius Cameræ præiudicio,
prout dictis Confalonerijs, & Maſſarijs videbitur
commutari, & reduci debeat. Et vt in cauſis tam
ciuilibus, quàm criminalibus, & mixtis in dicta ci-
uitate pro tempore agitandis, cognoſcendis, & ter-
minandis debitus ordo iuris ſeruetur, & illæ iuxta
305 iuris formam debitè terminentur, † Quòd cauſæ
ipſius coram Iudicibus ordinarijs dictæ ciuitatis
quibus ſalarium ex publico ſoluitur cum in fine eo-
rum officij ad ſyndicatum ſtare teneantur dunta-
305 xat cognoſci, & terminari debeant. † Et ſimiliter
ordinarij executores dictæ ciuitatis executiones
faciant.

307 faciant. † Et perſonæ pro tempore captæ à quibuſcunque, & quacunque ratione, vel cauſa ad publicos carceres ducantur, iuxta ſtatutorum prouiſio-
308 nem. † Et in modo procedendi, cognoſcendi, videndi, terminandi, & decidendi, puniendi, mulctandi, in quocunque foro, & à quocunque officiali, tam ordinario, quàm extraordinario, ſtatuta omnia ipſius ciuitatis obſeruentur. Non obſtante quacunque conſuetudine, vel ſtilo dictæ ciuitatis Notariorum, in contrarium tunc, & pro tempore exi-
309 ſtentium, † Et pecuniæ, quæ per quencunque Iudicem, & officialem dictæ ciuitatis pro tempore ratione pœnæ, vel mulctæ exigerentur penes Depoſitarium dictæ Cameræ Bonon. deponi, & in ciuitatis, & Cameræ Bonon. huiuſcemodi commodum, & vtilitatem iuxta ſtatuta prædicta, conuerti debeant, nec alicui executori, officiali, vel aliæ perſonæ ſolui, nec ab aliquo executore, officiali, vel perſona recipi poſſint, etiam à ſponte dare volentibus, niſi quatenus à ſtatutis diſponitur. Et ſi aliqua cōtra præmiſſa, tam per dictos Iudices, quàm executores, & officiales quoſcunque, etiam Apoſtolicæ ſedis Legatos attentari continget, nullius ſint roboris, vel momenti, etiam abſque eo quòd de nullitate per partes, contra quas procedi conti-
310 gerit, dicatur, † & quandocunque de nullitate huiuſcemodi dici, & allegari, & forum declinari per alium poſſit, etiam per viam attentati. & vt Poteſtas dictæ ciuitatis, & eius officiales pro tempore

exiſtentes eorum officia benè, & rectè adminiſtrēt.
311 † Quodque à ſententijs per ſyndicos diuerſorum ordinum eiuſdem ciuitatis, pro tempore electos appellare, vel aliquo modo ab illis reclamare; aut aduerſus eos querelam, vel ſupplicationem porrigere, ſeu recurſum habere non poſſint; ſed ſententiæ ipſæ eo ipſo executioni debitæ demandentur. Quodq; ſtatuta omnia dictæ ciuitatis, ac fori, & curiæ vniuerſitatis Mercatorum, etiam nouiter edita, & nondum in vſu exiſtentia, ac ſtatuta omnia artium dictæ ciuitatis, dummodo contra eccleſiaſticam libertatem non tendant, quæ approbamus, & confirmamus, ac de cætero inuiolabiliter
312 obſeruari mandamus. † Ac cuſtodiam arcium, & fortilitiorum in ciuitate, diœceſi, & diſtrictu Bonon. per nos, & Romanum Pontificem, ſeu dictæ ſedis Legatum pro tempore exiſtentem ciuibus Bonon. dúntaxat, cum ſalarijs, & emolumentis cōſuetis ad biennium, & non vltra committi, & illi cui ſemel cuſtodia arcis, ſeu fortilitij huiuſcemodi commiſſa fuerit, nō niſi elapſo quadriennio illius, vel alterius arcis cuſtodia committi poſſit, & commiſſiones, & conceſſiones aliter pro tempore factæ nullius ſint roboris, vel momenti, & habean-
313 tur prorſus pro infectis. † Ipſique ciues, quibus cuſtodia arcium huiuſcemodi pro tempore commiſſa fuerit, in manibus præfati Legati, ſeu illius locuntenētis, aut Gubernatoris dictæ ciuitatis pro tempore exiſtentis, fidelitatis iuramentum, ac ido-

neam

neam cautionem de fideliter arces, & fortilitia hu-
iuſcemodi cuſtodiendo præſtare debeant, & te-
314 neantur. † Quòdque beneficia eccleſiaſtica tam
in ciuitate, quàm diœceſi prædictis pro tempore
vacãtia, tam per ſedem prædictam, quàm illius Le-
gatum, & Epiſcopum Bonon. pro tempore exiſten
tes, ciuibus Bonon. ſeu ciuium Bononien. filijs dun
taxat conferri poſſint, & aliàs de illis factæ colla-
tiones, ſeu prouiſiones, etiam per ſedem prædi-
ctam, nullius ſint roboris, vel momenti, & habean-
tur prorſus pro infectis: nec vnquam huiuſcemo-
di priuilegio derogatum cenſeatur, niſi dũ, & quan
do in ſpecie, ac de verbo ad verbum fuerit facta ex
preſſa mentio, quòd illud per nos populo Bonon.
conceſſum fuit ob deuotionem, & fidem, quas in
aduentu exercitus Gallorum ad portas dictæ ciui-
tatis erga nos, & ſedem prædictam (vt præfertur)
oſtenderunt, auctoritate Apoſtolica, & ex certa
noſtra ſcientia, ac poteſtatis plenitudine tenore
præſentium ſtatuimus, & ordinamus: præmiſſaq;
inuiolabiliter obſeruari, ac vt vim contractus in-
ter nos, & communitatem Bonon. habeant, ita
quod illis nunquam derogari poſſit, nec derogã-
tũ eſſe cenſeatur per quaſcunque clauſulas, in qui-
buſuis literis apoſtolicis, pro tempore appoſitas de
cernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſti-
tutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnõ
ſtatutis, & dictæ ciuitatis ſtilo, & conſuetudinibus
omnibus, tã præſentibus, quàm futuris, ac prouiſio
nibus

nibus Apoſtolicis, & alijs etiam dilectorum filiorum Quadraginta Virorum ſtatus libertatis eccleſiaſticæ, ac Sexdecim Virorum reformatorum ſtatus dictæ ciuitatis, præſertim vna de anno 1452. edita, iuramento confirmata, Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, & indultis Apoſtolicis eiſdem Legato, Quadraginta, & Sexdecim forſitan conceſsis, etiam ſi ad illorum derogationem de illis, eorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas, idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, illorum tenores pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, mandati, ſtatuti, ordinationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo decimo, Decimo calen. Decembris. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Sigiſmundus.

Digitized by Google

QVOD CAVSAE A CIVITATE Bonon. non trahantur ad Vrbem, & ſine regiſtro non expediantur.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. ad perpetuam rei memoriam. Sinceræ deuotionis affectus, & inconcuſſæ fidei conſtantia, quibus dilecti filij communitas, ciues, ac incolæ, & habitatores ciuitatis noſtræ Bonon. & in illius diſtrictu habitãtes erga nos, & Romanam Eccleſiam hactenus laudabiliter claruerunt, & adhuc de bono perſeuerantes in melius fulgere noſcuntur, ſpem nobis præſtantiorem pollicẽtes, meritò nos inducunt, vt petitiones eorũ, in ijs pręſertim, quę in miniſtrãda iuſtitia, procul excluſis fraudibus, eiuſdẽ ciuitatis pacẽ, & quietẽ, ac cõmoda producere valeãt, ad exauditionis gratiã fauorabiliter admittamus. Sanè pro parte cõmunitatis, ciuiũ, incolarũ, & habitatorum, ac diſtrictualium prædictorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licet nuper per alias noſtras literas pro vtilitate, pace, commodo, & quiete eorundem communitatis, ciuium, & incolarum aliàs ſtatuerimus, & ordinauerimus, quòd omnes lites, cauſæ, & controuerſiæ dictæ ciuitatis per ordinarios, ſecundùm ſtatuta ipſius ciuitatis deputatos Iudices cognoſci, & decidi deberent,

tamen

tamen à nonnullis quærentibus ſubterfugere, & aduerſarios ſumptibus, & expenſis fatigare, & eos ita cogere, vt à perſecutionibus iuriũ ſuorum deſiſtant, nõ valẽtes in Curia inopia, & alijs diuerſis de cauſis litigare, & tam in prima, quàm vlterioribus quotcunque inſtantijs, protrahere nituntur, cauſarũ cõmiſſiones & etiam ab interlocutorijs, & proceſſu ad vlteriora, & alijs quandoque factis grauaminibus appellãtes, Iudices ſuſpectos accuſantes, aduocationes cauſarum, & citationes cum inhibitionibus à nobis, & in Curia, ac etiam in foro Auditorij Rotæ fieri, & quandocunque aduerſarios eorum ſupplantantes, & quandoque præcurrentes cauſas in partibus illis minus peritis, & inexpertis, ac aliàs impetratis fauorabilibus Iudicibus, committi obtinere procurant: atque nonnulli prætextu abſolutionis à iuramentis, per eos in inſtrumentis appoſitis, de inſtrumentorum fictione, & ſimulatione, & quòd in fraudem vſurariæ prauitatis, vel quòd ſub ſpe futuræ traditionis, vel numerationis habuiſſe confeſſi fuerunt, ab Eccleſiaſtico inhibitionis decreto obtento, inſtrumẽtorum executiones per laicos Iudices fieri debitas protelare, & euitare nituntur: quòdque inſtrumenta, quæ ſecundum prouiſiones ſuperinde editas regiſtrari debent, ob temporum calamitates, & alijs diuerſis de cauſis regiſtrata, & præſentata non fuerint, & de illorum inualiditate propterea deduci poſſit: & quamuis ex ſuperinde editis ſtatutis, & prouiſionibus in cauſis

ad

ad ſententias deueniri non debeat, niſi authentico regiſtro proceſſus Iudicibus per Notarium dato, quod in deſuetudinem abijt, quo fit, vt inde multa ſcandala oriantur, cum ſæpenumero occultentur, & deperdantur originalia proceſſuum, & faciliùs detur materia falſitatum committendarum, Iudicibus quoque de meritis cauſarum, & validitate proceſſuum ita liquidò, ſicut decet, conſtare non poſſit, in grauiſſimum eiuſdem populi damnum, & detrimentũ. Quare pro parte dictorum communitatis, ciuium, & hominũ, ac incolarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis ſuper ijs opportunè prouidere, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, ad quos ſpectat prouidere, ne fraudes, & detrimenta, præſertim in eadem ciuitate noſtra, & illius comitatu fiant, talium perſonarum audaciam cõprimere, ac communitatem, ciues, incolas, & homines prædictos, quos ob eorum ſingularem erga nos & S. R. E. ſtatum, fidem, & deuotionem, peculiari dilectione proſequimur, ab huiuſmodi fraudibus, damnis, & incommodis releuare volentes, ac eorum ſingulos à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac alijs eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes: huiuſcemodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate

Apoſtolica tenore præſentium perpetuæ conſtitu-
315 tionis edicto, † Statuimus, & ordinamus, quòd omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinamenta, de quibus in alijs dictis noſtris literis fit mentio, legitimè tamen hactenus duntaxat edita, & facta, de cætero inuiolabiliter obſeruentur, & ſecundùm in illis diſpoſita, per iuſdicentes, de quibus in eiſdem tantū, iuſtitia miniſtretur, ēt ſi contractus, vel inſtrumenta cōtra alicuius eorum diſpoſitionē, & formā ad illorum validitatem iuramentis firmata, & ro-
316 borata reperirentur. † Quòdque nullus ciuis, incola, vel habitator ciuitatis, & comitatus eorundē tam in prima, quàm in ſecunda inſtantijs coram alio Iudice, vel alijs Iudicibus, quàm à ſtatutis ipſis deputatis ad iudicium, ſiue actor, ſiue reus fuerit, nullatenus trahi, & per Iudices ipſos ſecus, vel aliàs, quàm per ſtatuta ipſa diſponitur, procedi, decidi, & iudicari poſſit, ſub pœnis in ipſis ſtatutis cominatis: & ſic tractos ad comparendum non teneri: & contra, vel præter prædicta facta quæcunque nullitatis vitio ſubiacere, & de nullitate huiuſcemodi quandocunque, etiam ſi de executione tra-
317 ctaretur, obijci poſſe. † Et vt cauſarum commiſſiones, quæ à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & alijs quibuſcunque, à ſede Apoſtolica poteſtatem habentibus, & habituris, vel aliàs quomodocunque cuicunque Bononiæ commoranti factæ fuerint, cenſeantur, & ſint, & habeantur ipſo iure pro factis, commiſſis, & deuolutis ad Priorem collegij

dictorum

dictorum Iudicum dictæ ciuitatis, cum quatuor per eum de Doctoribus dicti collegij eligendis cõſultoribus, datis à partibus ſuſpectis, & confidentibus: & partibus non cõcordantibus, per ipſum Priorem, & eoſdem audiendæ, & decidendæ, perinde ac ſi literæ, ac commiſſiones ipſæ eiſdẽ Prio-
318 ri, & conſultoribus, directæ, & factæ fuiſſent. † Et quòd per laicos Iudices inſtrumenta, aliàs ſecundùm iuris, & ſtatutorum prædictorum diſpoſitiones exequenda, reiecta quacunque inhibitione, per eccleſiaſticum Iudicem ſibi facienda, occaſione petitæ à iuramento abſolutionis, & deductæ fictionis (firmo tamen manente proceſſu, & illius proſecutione coram ipſo eccleſiaſtico, etiam in euentum ſententiæ in fauorem abſolutionem petentis, & fictionem, & ſeu non numerationem de ducentis cum exequenda fuerit) debitæ executioni demandentur: præſtita tamen per executiones inſtrumentorum petentes, ſi non obſtante inhibitione eccleſiaſtici Iudicis ad executionem per laicos procedi voluerint, idonea cautione de parendo, & exequendo quicquid per dictum Iudicem
319 eccleſiaſticum poſtea iudicabitur. † Quodque Iudices in aliquibus cauſis, ſummam librarum viginti quinque bononen. excedentibus, ſententias ferre non poſſint, niſi habito prius à Notario proceſ-
320 ſus regiſtro authentico. † Cui Notario de competenti mercede, à ſtatutis ipſis ordinata, à partibus ſatisfieri debeat: & ab altera ex partibus vera, & in-

tegra mercede ſoluta, habita cedula ab ipſo Notario de eo, quod ſolutum fuerit, parte ipſa non ſoluente, ipſi parti, quæ ſoluerit, infra decēdium, poſt quam de mandato Iudicis, coram quo cauſa venti labitur, interpellata fuerit, ſtatim ſecuturum; pars ipſa non ſoluens partem ſuam dicti regiſtri, realiter, & perſonaliter ad partis ſoluentis inſtantiam, de mandato eiuſdem Iudicis grauari, & compel-
321 li poſsit. † Necnon per quencunque eccleſiaſticū iuriſdictionem habentem, excommunicari, ac donec ſoluerit audiri non debeat, & in eius fauorem
322 ſententia ferri non poſsit. † Et inſuper Correctori, & Conſulibus ſocietatis Notariorum, ac ſuperſtiti Regiſtri eadem Apoſtolica auctoritate poteſtatē, & facultatem concedimus prouidendi, quòd non regiſtrata inſtrumenta regiſtrentur, & validentur; & pro futuris etiam ſtatuendi, ita & taliter, quòd omnino regiſtrentur, ſine tamen alicuius præiudicio, & quoad futura duntaxat. Quòdque conceſſionibus, & literis huiuſmodi derogari non poſsit decernimus, & declaramus. Nō obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnō omnibus, & ſingulis alijs, quæ in prædictis alijs noſtris literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſtatuti, ordinationis, decreti, & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem

omnipo-

omnipotentis Dei, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Rauennę Anno Incarnationis Dominicę MDX. Octauo Idus Martij; Pontificatus noſtri Anno Octauo.

Sigiſmundus.

QVOD CAVSAE A CIVITATE Bonon. non trahantur ad Vrbem.

Dilectis filijs Vexillifero Iuſtitiæ, Quadraginta Viris, conſiliarijs ciuitatis noſtræ Bon.

LEO PAPA X.

VNIVERSIS, & ſingulis præſentes inſpecturis ſalutem, & apoſtolicam Benedictionem. Cum per alias noſtras ſub plumbo literas Mõtem creditorum Cameræ communis Bonon. in ſumma librarum ducentarum millium monetæ Bonon. ſuper datio molendinorum dictæ ciuitatis noſtræ, cum participatione quorundam emolumentorum erexerimus, vt in dictis literis latiùs continetur, & quia dictis in literis per nonnullos curioſos nimis, denegantes iuxta illarum formam (facta eis oblatione proportionabiliter crediti) reſtitutiones bonorum facere, dubia mul

ta opponuntur, quibus deductis coram Venerabili fratre Laurentio de Fliſco Epiſcopo Montis Regalis, dictæ ciuitatis Bonon. Vicelegato, qui cognita veritate declarauit iuxta dictarum literarum formam Annibalem de Gogiadinis, Alexandro de Pepolis Comiti, Hæredes Franciſci de Sauignano, Tadæo de Bologninis, Antonium, & fratres de Fundatia, Laurentio de Blanchettis de dicta ciuitate, teneri ad reſtitutionem petitorum, contra quas declarationes præfati condemnati ad ſedem Apoſtolicam, contraueniendo dictis literis, proclamantes, citationes, & inhibitiones ad partes obtinuerunt, ſeu obtinere procurarit. Cum itaque noſtræ intentionis ſemper fuerit, & ſit pręfatas literas pro bono, & pace dictæ ciuitatis, & ciuium ſeruari, ne in poſterum ſuper his vlterius contingat dubitari, nec appellationes interponi poſſint. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, tenore præſentium decernimus, declaramus, ſtatuimus, & mandamus, quatenus quòd tam in prædictis, quàm alijs omnibus differentijs vertentibus, & vertendis, occaſione contentorum in eiſdem literis, & dependentibus exinde, inter quoſcunque ciues dictæ ciuitatis Bonon. etiam ſi eſſent literæ cambij, quæ reſtitui peterentur, debeant præfatis huiuſmodi declarationibus, & alijs faciendis per Legatum, vel Vicelegatum Bonon. acquieſci, & ſtari: & quòd aliquo modo non poſſit ab huiuſmodi declarationibus appellari, reclamari, vel de nullitate

litare dici, etiam per viam querelæ, & recurſus, vel alterius cuiuſuis de iure, vel conſuetudine modi, viæ, & occaſionis, ſed omnino declarationi huiuſmodi: non obſtantibus quibuſcunque appellationibus, & alijs præmiſſis, ac ſi interpoſitæ nõ eſſent, ſtari, & debitæ per eundem Legatum, Vicelegatũ, aliosvè executores dictæ ciuitatis iuxta præfatarum declarationum formam executioni demandari debeant, à quibus ſimiliter vt ſupra reclamari non poſſit. Nec non ſtatuimus, & decernimus ſupradictis ex cauſis omnes, & ſingulas emanatas, & in poſterum obtinendas cauſarum commiſſiones, quarum tenores, & continentias, & aliorum omnium, ac ſi de verbo ad verbum expreſſæ eſſent, pro ſufficienter expreſſis habentes, eas ad nos aduocamus, eiſdem inter partes perpetuum ſilentium imponendo, pro extinctis, ſub excommunicationis, & duorum millium ducatorum auri pœnis, teneri ab omnibus, & ſingulis Iudicibus commiſſarijs, & alijs debere mandamus, prout nos tenore præſentium tenemus, & penitus extinguimus. Committentes nihilominus dictis Legato, vel Vicelegato, quatenus præfatis Iudicibus commiſſarijs, & alijs quibuſcunque, tam præſentibus, quàm futuris ſub dictis pœnis inhibeat, ne in dictis cauſis aliquo modo ſe intromittant, & alia in præmiſſis neceſſaria, & opportuna faciant. Cæterum, ne ſuper retractibus, de quibus in dictis literis, aliqua contingat vlterius dubitatio vt ſupra, declaramus vl-

tra id,

Digitized by Google

tra id,quod in dictis literis cõtinetur, quòd illi, qui literas tantùm cambij agentibus, ſeu contrahentibus in effectu cum Camera Bonon. fecerunt,& dederũt, & ipſi ab alijs pro cautione alias literas pro eiſdemmet quantitatibus habuerunt, & à quibus nonnulla bona in ſolutum, ex eo quia indemnes conſeruari voluerunt, propter ſolutionem,de quãtitatibus in literis cambij contentis, factam, acceperunt, licet ad fucandam veritatem inter præfatos contrahentes,aliter quàm deberet, reperiatur, debeãt bona huiuſcemodi,recepto pretio, de quo in contractibus inter eos celebratis,reſtituere. Volentes ex nunc vt ſupra, quòd pro elicienda veritate retractuum prædictorum, ſtetur quibuſcunque ſcripturis, etiam memorialibus publicis,vel priuatis,etiam quòd non ſint ſcripturæ,& libri Cameræ, & alijs,prout Legato, vel Vicelegato videbitur honeſtati,ac veritati congruum.

Et quia vltra prædicta, non ſine animi noſtri diſplicentia,percepimus,quòd in dicta ciuitate, quã in viſceribus gerimus charitatis, exiſtunt nonnulli iniquitatis filij,qui calumnioſè agẽdo,& vt aduerſarios,vel paupertate,vel impotentia expenſarum, itinerisq; labore,filiorum,& vxorũ, ac trafici onere grauatos,& onuſtos, etiam pupillos, viduas, pia loca, & hoſpitalia in maximas neceſſitates deducant, & vexent, cauſas in dicta ciuitate iuxta ſtatutorum, & conſtitutionum dictæ ciuitatis formas

cogno-

cognoſcendas, etiam per modum appellationis, vel perhorreſcentiæ iuramentum, ad Romanam curiam trahunt, & diuerſimode trahere, etiam ſub prætextu, quòd aliquis collitigans curialis exiſtat, procurant, contra formam ſtatutorum, prouiſionum, & conſtitutionum prædictarum, & præſertim conſtitutionis Iulij Papæ ſecundi prædeceſſoris noſtri, pœnas, & cenſuras in eiſdem inflictas temere incurrentes, & paruifacientes in animarum etiam ſuarum præiudicium, & aduerſariorum graue damnum, & iacturam, & vt aduerſarij prædicti cauſas pro parte ſua iuſtas aliàs derelinquere cogantur, ac ipſi ſui mali animi compotes fiant, quod in noſtrum, ſedis Apoſtolicæ, & Legati noſtri de latere maximum tendit vilipendium, & multorum malum exemplum, & exinde ſcandalum, & neces perſonarum aliquando ortæ fuerunt, &
323 oriri ſuſpicantur. † Prouidendo in præmiſſis tenore præſentium vt ſupra, eidem Legato, Vicelegato, & ſucceſſoribus, ac alijs quibuſcunque ordinarijs Iudicibus committimus, & mandamus, vt omnes, qui à calen. menſis Ianuarij anni præſentis, & citra inuenientur contra ſtatutorum, prouiſionum, atque conſtitutionum prædictarum formam commiſſiones cauſarum extra dictam ciuitatem impetraſſe, & appellationes interpoſuiſſe, etiam ad Romanam Curiam, etiam ſi illas proſecuti non fuerunt, niſi infra tres dies, poſtquam requiſiti fuerint, vel præſentes noſtræ literæ publicatæ, in mani

Digitized by Google

bus noſtris renunciauerint expreſsè, pœnis ſic inflictis caſtigent, & puniant irremiſſibiliter qui in futurum ſimilia tentabunt, vel auſi fuerint, etiam ſi in impetrationibus illarum de pręſentibus noſtris literis ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuerit, & illis forſan derogatum, eos eiſdem pœnis ſimiliter puniant, & caſtigent: & ita, vt caſtigatio huiuſmodi in cæterorum tranſeat exemplum, & normam eiſdem literis, earumque diſpoſitione
324 aliàs in ſuo robore permanentibus. † Et quoniam alij in fraudem ſub prætextu, quòd cauſæ tractandæ ſummam quatuorcentum ducatorum excedāt, ſimiles commiſsiones impetrare non erubeſcunt, aſſerentes cognitionem, & deciſionem dicto Commiſſario pertinere, eiſdem Legato, Vicelegato, & ſucceſſoribus, ac aliis committimus, & mandamus vt ſupra, vt non obſtantibus commiſsionibus huiuſmodi, & inhibitionibus forſitan ſubſecutis ſuper ſumma prædicta, ac alijs ſe diligenter informēt per ſe, vel ipſorum Auditores, & quos falsò, & in fraudem, atque calumniosè impetraſſe inuenerint eos dictis pœnis ſimiliter puniant, & caſtigent, vt diſcant ſe à malo abſtinere. Inſuper cum ordinationes ad bonum, & legalem ſtatum dictæ ciuitatis adinuentæ malis quibuſdam fraudibus, & cauilla-
325 tionibus opprimantur: † Volentes etiam ſuper hoc prouidere vt ſupra, mandamus in dicta ciuitate omnia acta iudiciaria, proceſſus, & regiſtra ſecundùm formam dictæ conſtitutionis Iulij Papæ

ſecundi

ſecundi prædeceſſoris noſtri, per Notarios legales expertos, & fide dignos ciues ciuitatis Bonon. fieri, & expediri in pagamentis, ſalarijs, depoſitis, & reſtitutione depoſitorũ, & circa illa iuxta formã per dictam conſtitutionem traditam ſemper ſeruari, vel aliàs prout dicto Legato, vel Vicelegato pro maiori commoditate litigantium, dummodo non augeantur ſalaria, ſuper quibus prouidendi, & ordinandi omnimodam eiſdem concedimus, & tradimus facultatem per præſentes. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, prouincialibus, priuilegijs, indultis, ſtatutis, reformationibus, ac renunciationibus forſan factis, iuramento, auctoritateuè apoſtolica confirmatis, etiã quod de illis indiuidua, & expreſſa mentio habenda foret, & cum derogatoriarum derogatorijs. Quorum omnium tenores, & reliqua pro ſufficienter expreſſis habemus. Cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die xiij. Auguſti, M D XVII. Pontificatus noſtri anno quinto.

*

Bembus.

Digitized by Google

QVOD SENTENTIAE NON ferantur prout in cedula.

CLEMENS PAPA VII.

AD Perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, ſupremi Iudicis in terris Vicarius, inter alias ſibi imminentes curas, illam libenter amplectitur, per quam Iuſtitiæ miniſtri in quibuſuis locis, præſertim ſibi, & Romanæ Eccleſiæ ſubiectis, quibuslibet abuſibus ſemotis, ius ſuum vnicuique æquo libramine reddant, ac in ſibi commiſſorum officiorum exercitio probè verſentur, ac ijs, quæ propterea per male facta dicuntur, vt illibata perſiſtant, & votiuũ ſortiantur effectum, apoſtolici muniminis præſidium propenſius impartitur. Sanè dilecti filij Quadraginta Reformatores ciuitatis noſtræ Boñ. nobis nuper exponi fecerunt, quòd alias ipſi ad tollendos quoſdam abuſus, ſeu corruptelas, quos non nulli Iudices ipſius ciuitatis introduxerant, ſententias diffinitiuas, abſq; earũ deſcriptione, lectura, vel publicatione, ſed prout in albo cedulæ contine
326 batur, proferentes, ne de cætero aliquis Iudex ordinarius, vel delegatus, aut ſubdelegatus, etiã à ſede apoſtolica, vel arbiter, eccleſiaſticus, vel ſecularis in ipſa ciuitate, nec non comitatu, & diſtrictu Bonon. aliquam diffinitiuam ſententiam, pro ut in his ſcriptis continetur, abſque eius lectura, & pu-

blicatione, proferre præſumeret, & ſentētiā aliter,
etiā de partium cōſenſu,latam non valere, nec viribus ſubſiſtere, aut aliquo modo executioni demandari poſſe ſtatuerunt; & ordinarunt, pœnam centum librarum bononien. per Iudicem aliter ſententiam proferentē, & Notarium de illa rogatum incurrendam,& Cameræ Bonon. pro vna,& parti; contra quam ſententiam aliter proferri contingeret,pro alia,medietatibus,applicādam, adijciētes: necnon ſententias ſic eatenus latas,& nondum publicatas per Iudices,ſeu arbitros,qui illas protulerant,& in ipſa ciuitate tunc erant,infra decem dies tunc proximè futuros, legi, & publicari, ita vt quibuslibet illas videre volentibus innoteſcerent, & aliter, ſeu in alio loco, aut poſt dictum terminum publicari non poſſe, & aliter publicatas, ipſo iure nō valere,ſed per alios, ad quos pertineret,poſt decem alios dies vtiles, primos dictos decem dies immediatè ſequētes, proferri, & publicari poſſe, quocunque temporis,ſeu inſtantię lapſu,& alijs in contrarium facientibus quibuſcunque non obſtantibus decernentes, prout in publicis actis dictæ ciuitatis plenius dicitur contineri. Quare pro parte ipſorum dominorum Reformatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſtatuto, ordinationi,& decreto prædictis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur apoſtolicæ firmitatis adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate
327 Apoſtolica dignaremur. † Nos igitur actorum eo-

rundem

tamen à nonnullis quærentibus ſubterfugere, & aduerſarios ſumptibus, & expenſis fatigare, & eos ita cogere, vt à perſecutionibus iuriũ ſuorum deſiſtant, nõ valẽtes in Curia inopia, & alijs diuerſis de cauſis litigare, & tam in prima, quàm vlterioribus quotcunque inſtantijs, protrahere nituntur, cauſarũ cõmiſſiones & etiam ab interlocutorijs, & proceſſu ad vlteriora, & alijs quandoque factis grauaminibus appellãtes, Iudices ſuſpectos accuſantes, aduocationes cauſarum, & citationes cum inhibitionibus à nobis, & in Curia, ac etiam in foro Auditorij Rotæ fieri, & quandocunque aduerſarios eorum ſupplantantes, & quandoque præcurrentes cauſas in partibus illis minus peritis, & inexpertis, ac aliàs impetratis fauorabilibus Iudicibus, committi obtinere procurant: atque nonnulli prætextu abſolutionis à iuramentis, per eos in inſtrumentis appoſitis, de inſtrumentorum fictione, & ſimulatione, & quòd in fraudem vſurariæ prauitatis, vel quòd ſub ſpe futuræ traditionis, vel numerationis habuiſſe confeſſi fuerunt, ab Eccleſiaſtico inhibitionis decreto obtento, inſtrumẽtorum executiones per laicos Iudices fieri debitas protelare, & euitare nituntur: quòdque inſtrumenta, quæ ſecundum prouiſiones ſuperinde editas regiſtrari debent, ob temporum calamitates, & alijs diuerſis de cauſis regiſtrata, & præſentata non fuerint, & de illorum inualiditate propterea deduci poſſit: & quàmuis ex ſuperinde editis ſtatutis, & prouiſionibus in cauſis

ad

ad ſententias deueniri non debeat, niſi authentico regiſtro proceſſus Iudicibus per Notarium dato, quod in deſuetudinem abijt, quo fit, vt inde multa ſcandala oriantur, cum ſæpenumero occultentur, & deperdantur originalia proceſſuum, & faciliùs detur materia falſitatum committendarum, Iudicibus quoque de meritis cauſarum, & validitate proceſſuum ita liquidò, ſicut decet, conſtare non poſſit, in grauiſſimum eiuſdem populi damnum, & detrimentũ. Quare pro parte dictorum communitatis, ciuium, & hominũ, ac incolarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis ſuper ijs opportunè prouidere, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, ad quos ſpectat prouidere, ne fraudes, & detrimenta, præſertim in eadem ciuitate noſtra, & illius comitatu fiant, talium perſonarum audaciam cõprimere, ac communitatem, ciues, incolas, & homines prædictos, quos ob eorum ſingularem erga nos & S. R. E. ſtatum, fidem, & deuotionem, peculiari dilectione proſequimur, ab huiuſmodi fraudibus, damnis, & incommodis releuare volentes, ac eorum ſingulos à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac alijs eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes: huiuſcemodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate

Digitized by Google

Apoſtolica tenore præſentium perpetuæ conſtitu-
315 tionis edicto, † Statuimus, & ordinamus, quòd omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinamenta, de quibus in alijs dictis noſtris literis fit mentio, legitimè tamen hactenus duntaxat edita, & facta, de cætero inuiolabiliter obſeruentur, & ſecundùm in illis diſpoſita, per iuſdicentes, de quibus in eiſdem tantũ, iuſtitia miniſtretur, ēt ſi contractus, vel inſtrumenta cõtra alicuius eorum diſpoſitionẽ, & formã ad illorum validitatem iuramentis firmata, & ro-
316 borata reperirentur. † Quòdque nullus ciuis, incola, vel habitator ciuitatis, & comitatus eorundẽ tam in prima, quàm in ſecunda inſtantijs coram alio Iudice, vel alijs Iudicibus, quàm à ſtatutis ipſis deputatis ad iudicium, ſiue actor, ſiue reus fuerit, nullatenus trahi, & per Iudices ipſos ſecus, vel aliàs, quàm per ſtatuta ipſa diſponitur, procedi, decidi, & iudicari poſſit, ſub pœnis in ipſis ſtatutis cominatis: & ſic tractos ad comparendum non teneri: & contra, vel præter prædicta facta quæcunque nullitatis vitio ſubiacere, & de nullitate huiuſcemodi quandocunque, etiam ſi de executione tra-
317 ctaretur, obijci poſſe. † Et vt cauſarum commiſſiones, quæ à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & alijs quibuſcunque, à ſede Apoſtolica poteſtatem habentibus, & habituris, vel aliàs quomodocunque cuicunque Bononiæ commoranti factæ fuerint, cenſeantur, & ſint, & habeantur ipſo iure pro factis, commiſſis, & deuolutis ad Priorem collegij

dictorum

Digitized by Google

dictorum Iudicum dictæ ciuitatis, cum quatuor per eum de Doctoribus dicti collegij eligendis cõſultoribus, datis à partibus ſuſpectis, & confidentibus: & partibus non cõcordantibus, per ipſum Priorem, & eoſdem audiendæ, & decidendæ, perinde ac ſi literæ, ac commiſſiones ipſæ eiſdẽ Priori,
318 ri, & conſultoribus, directæ, & factæ fuiſſent. † Et quod per laicos Iudices inſtrumenta, aliàs ſecundum iuris, & ſtatutorum prædictorum diſpoſitiones exequenda, reiecta quacunque inhibitione, per eccleſiaſticum Iudicem ſibi facienda, occaſione petitæ à iuramento abſolutionis, & deductæ fictionis (firmo tamen manente proceſſu, & illius proſecutione coram ipſo eccleſiaſtico, etiam in euentum ſententiæ in fauorem abſolutionem petentis, & fictionem, & ſeu non numerationem de ducentis cum exequenda fuerit) debitæ executioni demandentur: præſtita tamen per executiones inſtrumentorum petentes, ſi non obſtante inhibitione eccleſiaſtici Iudicis ad executionem per laicos procedi voluerint, idonea cautione de parendo, & exequendo quicquid per dictum Iudicem
319 eccleſiaſticum poſtea iudicabitur. † Quodque Iudices in aliquibus cauſis, ſummam librarum viginti quinque bononen. excedentibus, ſententias ferre non poſſint, niſi habito prius à Notario proceſ-
320 ſus regiſtro authentico. † Cui Notario de competenti mercede, à ſtatutis ipſis ordinata, à partibus ſatisfieri debeat: & ab altera ex partibus vera, & in-

tegra mercede ſoluta, habita cedula ab ipſo Notario de eo, quod ſolutum fuerit, parte ipſa non ſoluente, ipſi parti, quæ ſoluerit, infra decẽdium, poſt quam de mandato Iudicis, coram quo cauſa venti labitur, interpellata fuerit, ſtatim ſecuturum, pars ipſa non ſoluens partem ſuam dicti regiſtri, realiter, & perſonaliter ad partis ſoluentis inſtantiam; de mandato eiuſdem Iudicis grauari, & compel-
321 li poſsit. † Necnon per quencunque eccleſiaſticũ iuriſdictionem habentem, excommunicari, ac donec ſoluerit audiri non debeat, & in eius fauorem
322 ſententia ferri non poſsit. † Et inſuper Correctori, & Conſulibus ſocietatis Notariorum, ac ſuperſtiti Regiſtri eadem Apoſtolica auctoritate poteſtatẽ, & facultatem concedimus prouidendi, quòd non regiſtrata inſtrumenta regiſtrentur, & validentur; & pro futuris etiam ſtatuendi, ita & taliter, quòd omnino regiſtrentur, ſine tamen alicuius præiudicio, & quoad futura duntaxat. Quòdque conceſſionibus, & literis huiuſmodi derogari non poſsit decernimus, & declaramus. Nõ obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnõ omnibus, & ſingulis alijs, quæ in prædictis alijs noſtris literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſtatuti, ordinationis, decreti, & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipo-

omnipotentis Dei, ac Beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Rauennę Anno Incarnationis Dominicę. MDX. Octauo Idus Martij; Pontificatus noſtri Anno Octauo.

Sigiſmundus.

QVOD CAVSAE A CIVITATE Bonon. non trahantur ad Vrbem.

Dilectis filijs Vexillifero Iuſtitiæ, Quadraginta Viris, conſiliarijs ciuitatis noſtræ Bon.

LEO PAPA X.

VNIVERSIS, & ſingulis præſentes inſpecturis ſalutem, & apoſtolicam Benedictionem. Cùm per alias noſtras ſub plumbo literas Mõtem creditorum Cameræ communis Bonon. in ſumma librarum ducentarum millium monetæ Bonon. ſuper datio molendinorum dictæ ciuitatis noſtræ, cum participatione quorundam emolumentorum erexerimus, vt in dictis literis latiùs continetur, & quia dictis in literis per nonnullos curioſos nimis, denegantes iuxta illarum formam (facta eis oblatione proportionabiliter crediti) reſtitutiones bonorum facere, dubia mul

ta opponuntur, quibus deductis coram Venerabili fratre Laurentio de Fliſco Epiſcopo Montis Regalis, dictæ ciuitatis Bonon. Vicelegato, qui cognita veritate declarauit iuxta dictarum literarum formam Annibalem de Gogiadinis, Alexandro de Pepolis Comiti, Hæredes Franciſci de Sauignano, Tadæo de Bologninis, Antonium, & fratres de Fundatia, Laurentio de Blanchettis de dicta ciuitate, teneri ad reſtitutionem petitorum; contra quas declarationes præfati condemnati ad ſedem Apoſtolicam, contraueniendo dictis literis, proclamantes, citationes, & inhibitiones ad partes obtinuerunt, ſeu obtinere procurant. Cum itaque noſtræ intentionis ſemper fuerit, & ſit præfatas literas pro bono, & pace dictæ ciuitatis, & ciuium ſeruari, ne in poſterum ſuper his vlterius contingat dubitari, nec appellationes interponi poſſint. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, tenore præſentium decernimus, declaramus, ſtatuimus, & mandamus, quatenus quòd tam in prædictis, quàm alijs omnibus differentijs vertentibus, & vertendis, occaſione contentorum in eiſdem literis, & dependentibus exinde, inter quoſcunque ciues dictæ ciuitatis Bonon. etiam ſi eſſent literæ cambij, quæ reſtitui peterentur, debeant præfatis huiuſmodi declarationibus, & alijs faciendis per Legatum, vel Vicelegatum Bonon. acquieſci, & ſtari: & quòd aliquo modo non poſſit ab huiuſmodi declarationibus appellari, reclamari, vel de nullitate

litate

litate dici, etiam per viam querelæ, & recurſus, vel alterius cuiuſuis de iure, vel conſuetudine modi, viæ, & occaſionis, ſed omnino declarationi huiuſmodi: non obſtantibus quibuſcunque appellationibus, & alijs præmiſſis, ac ſi interpoſitæ nō eſſent, ſtari, & debitæ per eundem Legatum, Vicelegatū, aliosvè executores dictæ ciuitatis iuxta præfatarum declarationum formam executioni demandari debeant, à quibus ſimiliter vt ſupra reclamari non poſſit. Nec non ſtatuimus, & decernimus ſupradictis ex cauſis omnes, & ſingulas emanatas, & in poſterum obtinendas cauſarum commiſſiones, quarum tenores, & continentias, & aliorum omnium, ac ſi de verbo ad verbum expreſſæ eſſent, pro ſufficienter expreſſis habentes, eas ad nos aduocamus, eiſdem inter partes perpetuum ſilentium imponendo, pro extinctis, ſub excommunicationis, & duorum millium ducatorum auri pœnis, teneri ab omnibus, & ſingulis Iudicibus commiſſarijs, & alijs debere mandamus, prout nos tenore præſentium tenemus, & penitus extinguimus. Committentes nihilominus dictis Legato, vel Vicelegato, quatenus præfatis Iudicibus commiſſarijs, & alijs quibuſcunque, tam præſentibus, quàm futuris ſub dictis pœnis inhibeat, ne in dictis cauſis aliquo modo ſe intromittant, & alia in præmiſſis neceſſaria, & opportuna faciant. Cæterum, ne ſuper retractibus, de quibus in dictis literis, aliqua contingat vlterius dubitatio vt ſupra, declaramus vltra id,

tra id, quod in dictis literis cõtinetur, quòd illi, qui literas tantùm cambij agentibus, ſeu contrahentibus in effectu cum Camera Bonon. fecerunt, & dederũt, & ipſi ab alijs pro cautione alias literas pro eiſdemmet quantitatibus habuerunt, & à quibus nonnulla bona in ſolutum, ex eo quia indemnes conſeruari voluerunt, propter ſolutionem, de quãtitatibus in literis cambij contentis, factam, acceperunt, licet ad fucandam veritatem inter præfatos contrahentes, aliter quàm deberet, reperiatur, debeãt bona huiuſcemodi, recepto pretio, de quo in contractibus inter eos celebratis, reſtituere. Volentes ex nunc vt ſupra, quòd pro elicienda veritate retractuum prædictorum, ſtetur quibuſcunque ſcripturis, etiam memorialibus publicis, vel priuatis, etiam quòd non ſint ſcripturæ, & libri Cameræ, & alijs, prout Legato, vel Vicelegato videbitur honeſtati, ac veritati congruum.

Et quia vltra prædicta, non ſine animi noſtri diſplicentia, percepimus, quòd in dicta ciuitate, quã in viſceribus gerimus charitatis, exiſtunt nonnulli iniquitatis filij, qui calumnioſè agẽdo, & vt aduerſarios, vel paupertate, vel impotentia expenſarum, itinerisq; labore, filiorum, & vxorũ, ac trafici onere grauatos, & onuſtos, etiam pupillos, viduas, pia loca, & hoſpitalia in maximas neceſſitates deducant, & vexent, cauſas in dicta ciuitate iuxta ſtatutorum, & conſtitutionum dictæ ciuitatis formas

cogno-

cognoſcendas, etiam per modum appellationis, vel perhorreſcentiæ, iuramentum, ad Romanam curiam trahunt, & diuerſimode trahere, etiam ſub prætextu, quòd aliquis collitigans curialis exiſtat, procurant, contra formam ſtatutorum, prouiſionum, & conſtitutionum prædictarum, & præſertim conſtitutionis Iulij Papæ ſecundi prædeceſſoris noſtri, pœnas, & cenſuras in eiſdem inflictas temere incurrentes, & paruifacientes in animarum etiam ſuarum præiudicium, & aduerſariorum graue damnum, & iacturam, & vt aduerſarij prædicti cauſas pro parte ſua iuſtas aliàs derelinquere cogantur, ac ipſi ſui mali animi compotes fiant, quod in noſtrum, ſedis Apoſtolicæ, & Legati noſtri de latere maximum tendit vilipendium, & multorum malum exemplum, & exinde ſcandalum, & neces perſonarum aliquando ortæ fuerunt, &

323 oriri ſuſpicantur. † Prouidendo in præmiſſis tenore præſentium vt ſupra, eidem Legato, Vicelegato, & ſucceſſoribus, ac alijs quibuſcunque ordinarijs Iudicibus committimus, & mandamus, vt omnes, qui à calen. menſis Ianuarij anni præſentis, & citra inuenientur contra ſtatutorum, prouiſionum, atque conſtitutionum prædictarum formam commiſſiones cauſarum extra dictam ciuitatem impetraſſe, & appellationes interpoſuiſſe, etiam ad Romanam Curiam, etiam ſi illas proſecuti non fuerunt, niſi infra tres dies, poſtquam requiſiti fuerint, vel præſentes noſtræ literæ publicatæ, in mani

bus noſtris renunciauerint expreſsè, pœnis ſic inflictis caſtigent, & puniant irremiſſibiliter qui in futurum ſimilia tentabunt, vel auſi fuerint, etiam ſi in impetrationibus illarum de pręſentibus noſtris literis ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuerit, & illis forſan derogatum, eos eiſdem pœnis ſimiliter puniant, & caſtigent: & ita, vt caſtigatio huiuſmodi in cæterorum tranſeat exemplum, & normam eiſdem literis, earumque diſpoſitione
324 aliàs in ſuo robore permanentibus. † Et quoniam alij in fraudem ſub prætextu, quòd cauſæ tractandæ ſummam quatuorcentum ducatorum excedāt, ſimiles commisſiones impetrare non erubeſcunt, aſſerentes cognitionem, & deciſionem dicto Commiſſario pertinere, eiſdem Legato, Vicelegato, & ſucceſſoribus, ac aliis committimus, & mandamus vt ſupra, vt non obſtantibus commisſionibus huiuſmodi, & inhibitionibus forſitan ſubſecutis ſuper ſumma prædicta, ac alijs ſe diligenter informēt per ſe, vel ipſorum Auditores, & quos falsò, & in fraudem, atque calumnioſè impetraſſe inuenerint eos dictis pœnis ſimiliter puniant, & caſtigent, vt diſcant ſe à malo abſtinere. Inſuper cum ordinationes ad bonum, & legalem ſtatum dictæ ciuitatis adinuentæ malis quibuſdam fraudibus, & cauilla-
325 tionibus opprimantur: † Volentes etiam ſuper hoc prouidere vt ſupra, mandamus in dicta ciuitate omnia acta iudiciaria, proceſſus, & regiſtra ſecundùm formam dictæ conſtitutionis Iulij Papæ

ſecundi

ſecundi prædeceſſoris noſtri, per Notarios legales expertos, & fide dignos ciues ciuitatis Bonon. fieri, & expediri in pagamentis, ſalarijs, depoſitis, & reſtitutione depoſitorũ, & circa illa iuxta formã per dictam conſtitutionem traditam ſemper ſeruari, vel aliàs prout dicto Legato, vel Vicelegato pro maiori commoditate litigantium, dummodo non augeantur ſalaria, ſuper quibus prouidendi, & ordinandi omnimodam eiſdem concedimus, & tradimus facultatem per præſentes. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, prouincialibus, priuilegijs, indultis, ſtatutis, reformationibus, ac renunciationibus forſan factis, iuramento, auctoritateuè apoſtolica confirmatis, etiã quod de illis indiuidua, & expreſſa mentio habenda foret, & cum derogatoriarum derogatorijs. Quorum omnium tenores, & reliqua pro ſufficienter expreſſis habemus. Cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die xiij. Auguſti, M D XVII. Pontificatus noſtri anno quinto.

*

Bembus.

Digitized by Google

QVOD SENTENTIAE NON ferantur prout in cedula.

CLEMENS PAPA VII.

AD Perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, ſupremi Iudicis in terris Vicarius, inter alias ſibi imminentes curas, illam libenter amplectitur, per quam Iuſtitiæ miniſtri in quibuſuis locis, præſertim ſibi, & Romanæ Eccleſiæ ſubiectis, quibuslibet abuſibus ſemotis, ius ſuum vnicuique æquo libramine reddant, ac in ſibi commiſſorum officiorum exercitio probè verſentur, ac ijs, quæ propterea per male facta dicuntur, vt illibata perſiſtant, & votiuũ ſortiantur effectum, apoſtolici muniminis præſidium propenſius impartitur. Sanè dilecti filij Quadraginta Reformatores ciuitatis noſtræ Bon. nobis nuper exponi fecerunt, quòd alias ipſi ad tollendos quoſdam abuſus, ſeu corruptelas, quos non nulli Iudices ipſius ciuitatis introduxerant, ſententias diffinitiuas, abſq; earũ deſcriptione, lectura, vel publicatione, ſed prout in albo cedulæ contine
326 batur, proferentes, ne de cætero aliquis Iudex ordinarius, vel delegatus, aut ſubdelegatus, etiã à ſede apoſtolica, vel arbiter, eccleſiaſticus, vel ſecularis in ipſa ciuitate, nec non comitatu, & diſtrictu Bonon. aliquam diffinitiuam ſententiam, pro ut in his ſcriptis continetur, abſque eius lectura, & publicatione,

blicatione, proferre præſumeret, & ſentētiā aliter, etiā de partium cōſenſu, latam non valere, nec viribus ſubſiſtere, aut aliquo modo executioni demandari poſſe ſtatuerunt; & ordinarunt, pœnam centum librarum bononien. per Iudicem aliter ſententiam proferentē, & Notarium de illa rogatum incurrendam, & Cameræ Bonon. pro vna, & parti, contra quam ſententiam aliter proferri contingeret, pro alia, medietatibus, applicādam, adijciētes: necnon ſententias ſic eatenus latas, & nondum publicatas per Iudices, ſeu arbitros, qui illas protulerant, & in ipſa ciuitate tunc erant, infra decem dies tunc proximè futuros, legi, & publicari, ita vt quibuslibet illas videre volentibus innoteſcerent, & aliter, ſeu in alio loco, aut poſt dictum terminum publicari non poſſe, & aliter publicatas, ipſo iure nō valere, ſed per alios, ad quos pertineret, poſt decem alios dies vtiles, primos dictos decem dies immediatè ſequētes, proferri, & publicari poſſe, quocunque temporis, ſeu inſtantię lapſu, & alijs in contrarium facientibus quibuſcunque non obſtantibus decernentes, prout in publicis actis dictæ ciuitatis pleniùs dicitur contineri. Quare pro parte ipſorum dominorum Reformatorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſtatuto, ordinationi, & decreto prædictis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur apoſtolicæ firmitatis adijcere, aliasq́; in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate
327 Apoſtolica dignaremur. † Nos igitur actorum eorundem

rundem tenores præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſtatuta, ordinationem, adiectionem, & decretum prædicta, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula in dictis actis contenta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus,& confirmamus, ac illis perpetuæ firmitatis robur adijcimus, omneſq; & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem,ſupplemus, & nihilominus pro potiori cautela,præmiſſa omnia, & ſingula prout ſtatuta, & ordinata exiſtunt, etiam cum præfatæ pœnæ(vt præfertur) incurrendæ, & applicandæ adiectione, auctoritate, & tenore præmiſſis ſtatuimus, & ordinamus: ita tamen, & cum hoc, quòd dicti decem dies cucurriſſe non intelligantur, nec currere debeant, niſi à die publicationis præſentium noſtrarum literarum. Decernentes ſic in præmiſſis per quoſuis Iudices, quauis auctoritate fungentes, in quauis inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere. Irritum quoque, & inane quicquid ſecus à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ac mandantes moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ ciuitatis Gubernatori, quatenus præſentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi,& quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Reformatorum, ſeu alterius eorum, aut deſuper intereſſe prætendentis, fuerit

requiſitus,

requiſitus, ſolenniter publicet, & faciat ſtatutum, ordinationem, ac decretum prædicta inuiolabiliter obſeruari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & pœnas, etiam pecuniarias, eius arbitrio moderandas, & exigendas, ac alia iuris opportuna remedia, appellatione poſt poſita compeſcendo. Inuocato etiam ad hec (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon alijs dictæ ciuitatis ſtatutis, etiam municipalibus decretis, Reformationibus, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à dicta ſede ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto mentionē.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, Die ſexta Septembris. M D XXXI. Pontificatus noſtri Anno Octauo.

Euangeliſta.

COM-

COMPENDIARIAE FORMVLAE in conficiendis proceſſuum regiſtris obſeruandæ.

328 VT Litigantes maximis expenſis proceſſuum, & regiſtrorum quantò melius fieri poſſit, ſubleuentur: Senatus Bonon. legitimè ſtatuerunt, & ordinarunt, quòd ſufficiat in ſcripturis, & proceſsibus mentionem ſimplicem facere de clauſulis infraſcriptis, & ſe referre ad huiuſmodi clauſulas, quæ in ipſis proceſſibus apponi debuiſſent, ſecundùm formam paulò infra annotatam: & hoc per infraſcripta, vel æquipollentia verba, aut eundem effectum importantia, videlicet.

Vbi contingat opponi de mandato procuratoris, ſufficiat dicere.

Et petit ipſe comparens mandatum dicti Sempronij aſſerti procuratoris partis aduerſæ produci debere, & prout in prouiſion. communis Bonon.

Et ſi contingat opponi de iuriſdictione Iudicis, ſufficiat dicere.

Proteſtans ipſe Gaius comparēs ſecundùm formam prouiſionum communis Bononiæ, quòd non intendit in vos conſentire.

Et ſi contingat euenire caſum, quòd quis nolit conteſtari litem, ſufficiat dicere.

Et cum

Et cum proteſtatione, ſecundùm formã proui-ſionum cõmunis Bonon. de nõ conteſtando litem.

Et quia etiam in omnibus exceptionibus datis contra petitiones, reſcripta, inſtrumenta, & iura, conſueuit apponi clauſula, de acceptãdo in parte, & partibus, ſufficiat dicere.

Datis generalibus contra dari ſolitis, tã verbo, quam in ſcriptis ſecundùm formam prouiſionum communis Bonon.

Et quia etiam ſæpe contingit opponi exceptionem peremptoriam: vel ſi fuerit rei iudicatæ, tranſactionis, ſolutionis, præſtationis iuramenti, aut ſimilis, ſufficiat dicere.

Opponens, prout opponit ipſe Gaius comparens, de exceptione peremptoria; exprimendo exceptionem rei iudicatæ, vel aliam ſimilem, ſecundùm formam prouiſionum communis Bonon.

Et quia etiam vt plurimum conteſtatur lis in cauſa, ideo ſufficiat dicere.

Et conteſtatur ipſe comparens litẽ in cauſa, ſecundũ formam prouiſionum communis Bonon.

Et quia in fine petitionum, & aliarum ſcripturarum ſolet apponi clauſula, ſuper quibus &c. ideo ſufficiat, quòd dicatur.

Super quibus &c. ſecundùm formam prouiſionum communis Bonon.

Et quia etiam in fine petitionum, & aliarum ſcripturarum ſolet apponi clauſula, ſaluis alijs &c. ideo ſufficiat, quòd dicatur.

Saluis alijs &c. ſecundùm formam prouiſionũ communis Bonon.

Et quia etiam contra appellationẽ, ſiue querelã, opponuntur plura, ideo ſufficiat dicere.

Datis generalibus contra &c. ſecundùm formã prouiſionum communis Bonon.

Et quia etiam ſemper dici ſolet de non deuolutione, & iniuſtitia, & reformatione, ideo ſufficiat quòd dicatur.

Et petit ipſe comparens per vos pronunciari, & declarari dictã appellationem, ſiue querelam non deuoluere, & malè, nulliter, iniquè, & iniuſtè iudicatum fuiſſe in partibus contrarijs. Et ſi opus ſit dictã ſententiã reformari petit in omnibus ſecũdùm formam prouiſionum communis Bonon.

Solet etiam opponi exceptio præſcriptionis iuris communis, ſeu ſtatuti, ideo ſufficiat dicere.

Et quia parti aduerſæ obſtat exceptio præſcriptionis iuris communis, ſeu ſtatuti, vel vtraque, de illa opponit ſecundùm formam prouiſionum communis Bonon.

Item quia ſolet dari poſta pignoris, ſufficiat dicere.

Et petit ſibi caueri, ſeu pignora idonea deponi ſecundùm formam prouiſionum communis Bon.

Et quia ſolet quãdoque peti fideiuſſor, maxime ſecundùm formam ſtatuti, de ſatisdatione præſtanda, ideo ſufficiat dicere.

Et petit fideiuſſorem debere præſtari ſecundùm

formam

formam prouiſionum communis Bonon.

329 Clauſulæ verò extenſæ, ac formulæ omnium ſupraſcriptorum caſuum, ſecundùm formam prouiſionum communis Bonon. ſunt hæ, quæ ſequuntur, in effectu mutatis mutandis, & ſingula ſingulis in ſuis caſibus referendo, ad quæ ſemper relatio facta eſſe intelligatur: & perinde habeantur, ac ſi de verbo ad verbum in ipſa ſcriptura, & proceſſu extenſæ eſſent, niſi aliter in prædictis, aut aliquo prædictorum caſuum, partibus ipſis videbitur eſſe declarandum: quo caſu liceat à formula recedere, dũmodo hoc expreſsè dicatur, & declaretur: poſſit etiam in parte, vel aliquo verbo excepto, formula, ſeu clauſula ipſa citari.

Clauſula ad opponendum de mandato, ſeu illud petendum.

330 ET quia in quocunque iudicio, etiam ſummario, priùs legitimandæ ſunt perſonæ, & priùs quærendum eſt de illis, quàm de rebus: ideò inſtat & petit idem Gaius comparens, quòd per dictum D. Sempronium aſſertum procuratorem dicti N. aduerſarij, ante omnia coram vobis actualiter exhibeatur, & producatur inſtrumentum ſui aſſerti mandati, ſi quod habet, in publicam formam, & illius copiam ſibi per vos decerni, & dari petit cum termino competenti ad reſpondendum, & opponendum eidem, & cui opponere vult, & intendit, & per vos pronunciari, & declarari ſecundùm formam ſtatutorum Bonon. & maximè ſtatuti poſiti

Digitized by Google

ſub Rubrica, de modo citationum fiendarum: & aliter, & alio modo ad vlteriora per vos procedi non conſentit, nec vult: aliàs proteſtatus fuit, & proteſtatur de nullitate fiendorum, de torto, & iniuſtitia, grauamine, & appellatione, & alijs remedijs iuris.

Ad opponendum de iuriſdictione Iudicis.

331 ET cum proteſtatione facta per dictum Gaium comparentem, quòd per præſentem comparitionem, & poſtam, & contenta in ea, aut per aliqua alia nunc, vel in futurum coram vobis dicenda, vel facienda, non vult, nec intendit idem comparens in vos conſentire, & aſſertam veſtram iuriſdictionem, ſi quam fortè quoquo modo tacitè, vel expreſsè habetis, prorogare; niſi ſi, & quatenus de iure teneatur, & debeat: & non aliter, nec alio modo.

Proteſtatio de non conteſtando litem.

332 PRoteſtatione etiam per ipſum Gaium reum cõuentum facta, & præmiſſa, & ſemper repetita, quòd præſentem comparitionem, & poſtam non facit, nec producit ipſe comparens, animo, vel ad effectum conteſtandi litem in præſenti cauſa, & ſuper dicta aſſerta petitione: & quòd per deducta, & oppoſita, vel allegata in præſenti comparitione, & poſta, non vult, nec intendit litẽ conteſtari in præſenti lite, & cauſa.

Clauſula

Digitized by Google

Clauſula de acceptando in parte, & partibus.

333 ET primò dicit, & proteſtatur, quòd ſi quæ ſunt, aut continentur in aſſerta petitione præfata, vel aſſerta ſcriptura, vel aſſerto reſcripto præfato, aut aſſertis iuribus prædictis, quæ faciant, ſeu facere poſſent, vel videātur quouis modo ad, & in fauorē dicti G iij cōparentis, & contra partem aduerſam, illa talia non impugnat, nec impugnare intendit modo aliquo: quinimmo illa talia recipit, & acceptat, ſaltē in vim, & per modū tacitæ cōfeſſionis, & omni meliori modo, quo de iure fieri poteſt. Cæteris verò partibus dictæ aſſertæ petitionis, aſſerti reſcripti, ſiue iuriū &c. ſibi Gaio contrarijs non conſentit, nec conſentire intendit modo aliquo. Quinimmo contradicit, opponit, & contradicendo, & opponendo negat aſſertam petitionem præfatam, ſiue aſſertum reſcriptum præfatum, ſeu aſſerta iura præfata, in partibus ſibi contrarijs valuiſſe, vel valere, & per vos admitti, & ſuper illis per vos procedi potuiſſe, vel poſſe; cum aſſerta petitio præfata, ſiue aſſertum reſcriptum, & aſſerta iura præfata contineant nimis generalia, ambigua, dubia, obſcura, incerta, inepta, malè formata ſibi ipſis contraria: & non concludat, ſiue concludant: & caruerit, & careat, ſiue caruerint, & careant viribus, & effectu ſuis debitis ſolennibus, & ſubſtantialibus iuris, & Statut. Bonon. & non

ſu rint.

fuerint,nec ſint facta,& regiſtrata,præſentata,ſigna ta,& datata (ſi ſint reſcripta) iuxta formam iuris, & dictorum ſtatut.

Et ſi ſint Inſtrumenta authentica, careant anno, menſe,die, loco, teſtibus, o nomine, ſigno Notarij, & alijs requiſitis de iure, & ex forma ſtatutorum, & prouiſionum communis Bonon. nec fuerint,nec ſint producta ſuis debitis modo,forma,loco,& tempore,& per legitimam perſonam, mandatum aliquod habentem ſufficiens, & legitimum & pro ut fieri debuit.

Exceptio peremptoria.

334 OPponēs ipſe Gaius exceptionem rei iudicatæ aut alterius generis peremptoriam, cōtra partem aduerſam: de qua excipit & opponit, tam ad impedien. proceſſum, & litis ingreſſum, quàm ad merita cauſæ, & aliàs omni meliori modo, & ad omnem meliorem finem, & effectum, quibus magis,& melius ſibi prodeſſe poſſit, & proſit; offerens ſe paratum probare ſibi incumbentia ſuper dicta exceptione, infra breuem dilationem, ſibi per vos ſtatuendam, & quam ſibi ſtatui, & aſſignari petit. Et aliter, & alio modo ad vlteriora, & ad aliquos alios actus in cauſa præfata per vos procedi non conſentit, nec vult; niſi prius cognito, & pronunciato legitimè ſuper dicta exceptione: aliàs proteſtatur, de nullitate fiendorum, de torto, & iniuſtitia,grauamine,& appellatione, & alijs remedijs iuris, etiam cum iuramento,ſi opus erit.

Litis conteſtatio.

335 ET in quantum prædicta non obſtarent, quæ verè obſtãt, & aſſertæ petitioni præfatæ aliter reſpondere teneretur (quod non credit) attamen negat narrata, prout narrantur, & petita, prout petuntur, in aſſerta petitione præfata, vera fuiſſe, & eſſe: & petita, prout petuntur in ea, per vos fieri poſſe, vel debere: de quibus, ſaluis alijs, excipiendo, petit, & inſtat idem Gaius comparens ſe per vos abſolui, & liberari ab aſſerta petitione prædicta, & cõtentis in ea, & partem aduerſam, vt temere litigantem, in expen. condemnari.

Clauſula ſuper quibus.

336 SVper quibus omnibus, & ſingulis, tam ſimul, & coniunctim, quàm diuiſim, & aliàs omni meliori modo, quo de iure fieri poteſt, inſtat, & petit, idẽ Gaius comparẽs ſibi per vos, & veſtrum officium (quod humiliter implorat) ius & iuſtitiam fieri, & miniſtrari: non ſolùm attenta concluſione præfata; ſed etiam attentis ijs, quæ ex ſupra narratis, & deductis mentaliter, & virtualiter colligi, percipi, & reſultare poſſunt, ac alijs omnibus melioribus modo, iure, via, cauſa, & forma, quibus magis, & melius fieri potuit, & poteſt: & petit expenſas factas, & de faciendis proteſtatur: non tamen aſtringens ſe ad probandum non neceſſaria.

Clauſula ſaluis allijs.

337 SAluis ſemper, & continuè reſeruatis omnibus, & quibuſcunq; alijs iuribus, ſibi Gaio cõparẽti

quomo-

quomodolibet, & quacunque alia ratione, vel cauſa quæſitis, & competen. & in præſenti petitione, ſiue ſcriptura non deductis, & quæ iura continuè ſint, & eſſe debeant ſalua, & reſeruata: ita quòd illis quandocunque vti poſſit.

Clauſula, datis generalibus contra appellationem, ſiue querelam.

338 ET Saluis partibus quibuſcunq; aſſertæ appellationis, ſeu querelæ, ſibi fauorabilibus, quas recipit, & admittit omni meliori modo &c. In reliquis verò ſibi præiudicialibus, ſi quæ ſint, negat aſſertam appellationẽ, ſeu prætenſam querelam huiuſmodi valuiſſe, vel valere, & negociũ, de quo in illa, deuoluere; cum aſſerta appellatio, ſeu prætenſa querela infra ſua debita tempora, de iure, & ex forma ſtatutorum Bonon. præfixa, non fuerit interpoſita, præſentata, datata, ſignata, & producta: ita ꝙ ipſa ſententia in rem tranſiuerit iudicatam. Et propterea ius ſic appellandi, & prouocandi, ſeu querelandi eidem Titio non competierit, nec competat; ſaltem aſſertis modis, & forma, & ex aſſertis rationibus, & cauſis in aſſerta appellatione, ſeu querela deductis: & maximè cum ſententia lata ad fauorem ipſius Sempronij per D. Iudicem à quo, fuerit, & ſit rite, rectè, iuſtè, & legitimè promulgata contra dictum Titium: & quæ, nullatenus ſubſiſtente aſſerta appellatione, ſeu prætenſa querela, in rem tranſiuerit iudicatam, de qua excipit, & opponit idem Sempronius, ad impediendum vlteriorem litis ingreſſum,

greſſum, ac ſuper ea diſcuti, cognoſci, & pronunciari vult, & intendit. & aliter, & alio modo ad aliquem vlteriorem actum procedi non conſentit: aliàs proteſtatur de nullitate agendorum, de grauamine, & appellatione, & de alijs remedijs iuris &c.

Clauſula de non deuolutione appellationis, de re iudicata, & reformatione ſententiæ.

339 NEgans etiam ius ſic appellandi, ſeu querelandi, ac ſupplicandi, & producendi parti aduerſæ competijſſe, & competere, ſeu competere poſſe; ſaltem aſſertis modis, & forma, & aſſertis rationibus, & cauſis in aſſerta ſupplicatione, ſeu querela deductis, expreſsis, & contentis. Et præſertim cum aſſerta appellatio, ſeu prætenſa quærela fuerit, & ſit nulla, & inualida, nullius effectus & momenti; cum illa interpoſita, datata, ſignata, & producta non fuerit, ſaltem legitimè, & ſuis debitis modo, forma, loco, & tempore, & ad inſtantiam cuius interſit, ſeu per habentem mandatũ aliquod. Et propterea ipſa ſententia, à qua aſſeritur appellatum, ſeu querelatum fuiſſe, iamdiu in rem tranſiuerit iudicatam; ita quod non deuoluerit, nec deuoluat iudicium, de quo in illa: de qua re iudicata excipit, & opponit, ac vult; & intendit primò, & ante omnia pronunciari, & declarari ſuper non deuolutione dictæ prætenſæ appellationis, ſeu aſſertæ querelæ. quo pronunciato, quatenus aſſerta appellatio, ſeu prætenſa querela deuolueret nego-

 cium

cium,de quo in ea,ex nunc inſtat, & petit pronunciari,& declarari bene fuiſſe, & eſſe proceſſum,pronunciatum, & iudicatum per D. Iudicem à quo ad fauorem ipſius Titij,maleque,iniquè,& iniuſtè, ac nulliter, & fruſtra appellatum, & prouocatum, & ſeu querelatum pro parte dicti Sempronij à dicta ſententia: & in quantum ipſa ſententia eſſet nulla, ex aliquo defectu, de iure reparabili,eo caſu inſtat, & petit per vos, & officium veſtrum, quod (quatenus opus ſit) humiliter implorat,prædictam ſententiam confirmari, & ſeu quatenus opus ſit, tam ex antiquis, quàm ex nouis actis in melius reformari, & partem aduerſam, veluti temere litigantem, in expen. condemnari, quas factas petit,& de faciendis proteſtatur.

Exceptio præſcriptionis iuris communis.

340 ET quia parti aduerſæ obſtitit, & obſtat exceptio præſcriptionis, nedum longi, & longioris,ſed longiſſimi temporis. x. xx. & xxx. annorum, & vltra, de qua excipit, & opponit, tam ad impediendum litis ingreſſum, quàm ad merita cauſæ, & ad omnem alium meliorem finem & effectum &c. quo ſibi magis,meliùs, & efficaciùs id competit de iure: inſtatq;, & petit idem Gaius comparens ſuper præmiſſis primò diſcuti, cognoſci, & pronunciari &c.

Exceptio præſcriptionis iuris municipalis.

Præſertim

341 PRæſertim cum parti aduerſæ fuerit, & extiterit ſolutum,& ſatisfactum, ac præſcriptum de ſuo aſſerto credito, quatenus de aliquo conſtaret,& apparerct, & per conſequens eidem obſtiterit, & obſtet exceptio ſolutionis, & ſatisfactionis,& præſcriptionis dicti aſſerti debiti: de quibus omnibus, & ſingulis excipit, & opponit idem Gaius, ac corporaliter, manu tactis ſcripturis, ad ſancta Dei Euangelia,iurat fuiſſe, & extitiſſe parti aduerſæ ſolutum, & ſatisfactum de ſuo aſſerto credito: & in omnibus, & per omnia ſecundùm formam iuris, & ſtatutorum, ac prouiſionum communis Bonon. & omni alio meliori modo &c.

Poſta,ſeu petitio pignoris.

342 ET quoniam de iure, & ex forma ſtatutorum Bonon.cautum,& ordinatum reperitur,quòd quicunque appellans, ſeu querelans teneatur de, & pro expenſis reficiendis, in caſu ſuccumbentiæ, idoneè, & ſufficienter cauere, aut pignora aurea,vel argentea idonea, et ſufficientia præſentare, et deponere: ideo præſatus Gaius comparens inſtat, et petit per dictum Sempronium aduerſarium de, et pro expenſis antedictis, in caſu ſuccumbentiæ, idoneè, et ſufficienter caueri, ſeu pignora aurea, vel argentea idonea, et ſufficientia coram vobis præſentari, et deponi: aliàs proteſtatur de nullitate proceſſus ad fauorem partis aduerſæ, de deſertione cauſæ, et de quibuſcunque alijs remedijs iuris: et in omnibus et per omnia ſecundùm for-

mam iuris, & ſtatutorum Bonon.

Poſta, ſeu petitio fideiuſſionis.

343 ET dicit, quòd de iure, & ex forma ſtatutorum Bonon. expreſsè diſponitur, quod quicunque non ſubditus iuriſdictioni communis Bonon. & ſic forenſis, conueniens aliquem ciuem, & ſubditum communi Bonon. teneatur idoneum fideiuſſorem præſtare, & pro expenſis reficiendis in caſu ſuccumbentiæ, & in caſu cuiuſcunque reconuentionis: ideo idem Gaius inſtat, & petit per dictum Sempronium idoneè ſatiſdari de, & pro expenſis quibuſcunque reficiendis, in caſu ſuccumbentiæ, & in caſu reconuentionis: & in omnibus, & per omnia ſecundùm formam iuris, & ſtatutorum Bonon. Aliàs proteſtatur de nullitate proceſſus ad fauorem partis aduerſæ, de grauamine, & appellatione, & de alijs remedijs iuris.

344 Item ſtatuerunt, & ordinarunt, quòd reijciantur replicationes, nil aliud importantes, quam priùs deducta: & nullus teneatur ad earum ſcripturam; & quòd poſitiones fieri debeant affirmatiuæ, & nō negatiuæ, vel aſſertiuæ: & aliter factæ non valeant, nec illis reſponderi debeat; & facta reſponſio, ipſo iure non teneat.

345 Et quia cauſæ quandoque ob defectum Notariorum ignorantium, vel minus idoneorum pereunt: ideo ſtatuerunt, & ordinarunt, quòd Notarij D. Poteſtatis, & Notarij Auditorum ſint, & eſſe debeant idonei, & ſufficientes, & practici, & fi-

de

de digni Notarij,qui ſteterint ad acta ciuilia D.Poteſtatis per annos quinque continuos ad minus: & quòd exerceant officium perſonaliter, & non per ſubſtitutum: nec poſſint eſſe Notarij actorum coram alio Iudice, vel ſe intromittere in alio officio, pertinente ad Notarium, nec in aliqua cauſa uertente coram alio Iudice extra Rotam; ſed ſo-
346 lum poſſint eſſe Notarij publici: † & retineant ſuũ librum actorum, in quo dietim deſcribant omnia acta cauſarum, nullo dimiſſo ſpatio, & abſque cancellationibus,vel interlineaturis: & habeant ſua ſalaria, iuxta taxam ſtatutorum ciuitatis Bonon. ſub pœna in quolibet ſupradictorum caſuum ducatorum centum auri, & priuationis ipſo iure, tam prædicti officij, quàm ſocietat. Notariorum. nec poſſint remitti, niſi per partitum Mag. Regiminis, & per omnia ſuffragia. & prius tale officium poſſit alteri concedi, & per alium legitimè impetrari.

347 Faciantque ipſi Notarij bonas chartas regiſtrorum,& proceſſuum, videlicet, linearum. xxxv. pro quolibet latere, & literarum.xxxv. pro qualibet li-
348 nea, prout in ſtatutis. † & habeant ſalaria limitata
349 per ſtatuta. † & quælibet partium conferat expenſis regiſtri. & aliqua parte differente, vel recuſante conferre talibus expenſis, iudex cauſæ committat grauamen contra talem differentem, vel recuſantem.

350 Habeantque pro eorum mercede extractionis

vnius

vnius Iudicis, ad cognitionem cauſæ, & ipſius authenticaturæ, vnum groſſum in totum.

351 Scribantque ipſi Notarij manu propria, & literis intelligibilibus dicta teſtium, & reſponſiones
352 poſitionum. † Et pro teſtibus habeant pro ſuo ſalario, & mercede ſolidos quinque pro quolibet teſte. Et ſi ſcriptura cuiuslibet teſtis excedat vnum folium: tunc ſibi Notario ſatisfiat de eius mercede, ad arbitrium Iudicis cauſæ. & tantundem habeat quilibet examinatorum.

353 De Poſitionibus, habeant ſalaria ordinata per ſtatuta Bonon.

354 Et ſi reſpondere debens voluerit, quòd iudex cauſæ ſit præſens reſponſioni ipſarum poſitionum, tunc iudex omnino teneatur interuenire dictæ reſponſioni: qui prouideat captionibus, & deceptionibus, quæ interuenire poſſent.

355 Statuerunt etiam, quòd ſi contingat reuocari aliquam ſequeſtrationem, præſtita fideiuſſione de iudicio ſiſti &c. Notarius cauſæ habeat pro eius mercede ſolum ſolid. quinque. Si verò feratur ſententia ſuper proceſſu agitato inter aliquos, contendentes ſuper poſſeſſione, vel proprietate, habeat Not. ſalarium ordinatum per ſtatuta.

356 Statuerunt etiam, quòd ſi contingat aliquem ex Auditoribus ire in facto pro ſubijciendo rem oculis: ſi vadat in ciuitate Bonon. ſoluantur ſibi ſolidi.xx. pro qualibet parte. Notario verò ſoluantur ſolidi quinque per quamlibet partem. Si verò cõtingat

tingat Auditorem aliquem ire in comitatu Bon. & extra ciuitatẽ Bonon. pro ſubijciendo rem oculis, habeat idem Auditor à partibus litigantibus in totum expenſas victus pro ſe, famulis, & equis, & vnum Scutum auri à ſole, pro quolibet die: dummodo non excedat ſcutos tres, & expenſas victus trium dierum, etiam ſi ſtaret vltra tres dies. Notarius verò habeat à partibus in totum ſolidos. xxx. pro quolibet die dictorum trium dierum: quibus durantibus etiam habeat expenſas victus pro ſe & equo.

157 Statuerunt etiam, quòd ſi in ſecunda, vel vlteriori inſtantia producatur aliquod regiſtrum proceſſus, facti inter partes in prima, aut alia inſtantia: tale regiſtrum de nouo regiſtrari non debeat; ſed ipſum regiſtrum alterius proceſſus traſmittatur cum nouo regiſtro Iudici cauſæ.

*

REFOR-

Digitized by Google

REFORMATIONES CONSTITVTIONVM

Rotæ Bonon. Editæ Anno 1570.

Digitized by Google

REFORMATIONES CONSTITVTIONVM

Rotæ Bonon. Editæ Anno 1570.

Die Lune ix. Ianuarij. M D LXX.

COngregatis Magnificis, & Illuſt. Dominis Quadraginta Reformatoribus ſtatus libertatis Ciuitatis Bonon. in numero XXXIII. In camera Illuſtriſſimi, & Reuerendiſsimi Domini Gubernatoris in eius præſentia, ac de ipſius conſenſu, & voluntate inter eos infraſcriptum partitum poſitum, & obtentum fuit, videlicet.

IVRA omnia, ac leges, & ſanctiones de quinque Virali, & Quinquennali Rotæ Bonon. Iudicio, nuper ad publicam vtilitatem, & eorum, qui in eo iudicio experiuntur, aut experientur, ac ad amputandos litium anfractus reformatas, additas, & in capita deſcriptas, Auctore ſummo, & Ampliſsimo Domino Io. Baptiſta Doria, vrbis Præfecto Pontificio, viro ſolertiſsimo, ac iuris peritiſsimo, ac Magnifico, & Illuſt. D. Vex. Iuſtitiæ, aliquot Senatoribus, ac Doctoribus, & Cauſidicis ad id nominatim electis, & aſſumptis præſcribentibus, & dictantibus: Senatus Bononienſis nedum † approbauit, ac ratas, & gratas habuit; ſed ea omnia ſicuti reformata, conſcripta, digeſta, & compoſita ſunt; edi, & in omne poſterum tempus conſtantiſsimè à die publicationis obſeruari, decreuit, & mandauit. nihil quod ante actum, aut ſancitum ſit, vel de ſimili, vel de eadem re officito, quominus hæc vim, iuſque ſuum obtineant. Factum' S. C. per ſuffragia omnia XXXIII.

358

Annibal Aurius Secret.

ETSI Rotæ Bonon. Cõſtitutiones,ab erectione illius,& citra editæ,ſæpius addendo,minuendo, mutando, corrigendoq́; reformatæ extiterint, vt ſufficere poſſe crederentur ad celerem,& diligentem cauſarum in ea introductarum expeditionem.

Experientia tamen rerum magiſtra contrarium docuit,adeò vt Senatus in eam ſententiam venerit, vt conſtitutionibus Rotæ vltimo loco ſub die 13. Auguſti 1560. editis, & publicatis,ac in vſu exiſtẽtibus multa addenda,detrahenda,declaranda, mutanda,& corrigenda duxerit, ex quibus ſperari poſſit optatus tantopere effectus, vt controuerſiæ ciui-
359 les † ad finem quàm celerrimè perducantur.

Quocirca Senatus ipſe, authorante Illuſtriſs. & Reuerendiſs.Domino D.Io.Baptiſta Doria Bonon. &c. Gubernatore Apoſtolico, hac præſenti lege perpetuo valitura ſtatuit,& ordinauit, vt infra. Et primo.

Quòd in extractionibus cauſarum faciendis, de quibus in conſtitutionibus à numero 10. vſque ad
360 13. nulla partis † citatio requiratur, ſed extractio ipſa ſine partis citatione fiat,& facta teneat, & ſemper intelligatur facta, etiam ſi dictum non ſit, ſaluis
361 † exceptionibus partis contra eam, & citra illarum præiudicium,cum maximè, etiam quòd citaretur pars,illa per quaſcunque exceptiones nõ impediretur, ſed ſaluis exceptis ſemper fieret.

362 Voluit etiam, quòd conſtitutio ſub num. 18.&

62. vſque ad num. 70. cum alijs de recurſu loquentibus ſtante maximè reſeruatione omnium exceptionum, de qua infrà, in totum abrogatæ ſint, ac ſublatæ, & pariter omnes recurſus, de quibus in eis, ſint abrogati cum omnibus alijs remedijs, etiã reſtitutionis in integrum, ac alijs ordinarijs, vel extraordinarijs quantumuis priuilegiatis, & quouis modo excogitatis, per quæ vlterior proceſſus impediatur in quibuſcunque cauſis, etiam in ſtatuto de arbitrio D. Poteſtatis comprehenſis.
363 Conſtitutionem ſub num. 38. de inſtantijs ſublatis loquentem, Senatus ipſe ſtatuit, & ordinauit, ita intelligen. & ſeruandam eſſe, vt in prima inſtantia nulla iuris communis, ſtatutorum Bon. aut alicuius conſtitutionis inſtantia in præteritum ſeruari debuerit, aut in poſterum ſeruetur, ſed in primis cau-
364 ſarum inſtantijs in Rota de cætero † introducendis per dilationes procedi ad inſtructionem cauſarum.
355 Et dilationem vnam tantum in cauſis ordinarijs maioribus, ideſt, ſummam & extimationem rei, vel facti librarum trecentum excedentibus, in quibus regiſtrum requiritur, quæ ſit quatuor menſium, cõmunem partibus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, à die lapſi termini ad reſpondendum libello, ac reſpectiuè ad intimandum litem auctoribus, vt infrà, præfigendi, immediatè computandorum, præfixam intelligi ip-
366 ſo † iure abſque iudicis miniſterio aliquo ſtatuit, & decreuit:

decreuit: prædictum autem terminum ad reſpondendum trium dierum ſtatutum ipſo iure cenſeri, à die productionis petitionis immediatè inchoandorum, & ſi vltima dies eſſet feriata, tunc reſponderi poſſit prima die iuridica, immediatè ſequenti; quam petitionem producere teneatur actor cum iuribus limitatiuè, ſiue relatiuè in ea memoratis, ſiue illorum tranſumpto, alias productio non valeat, nec ſuffragetur, cuius tamen examinationem in fine cauſæ reſeruari voluit.

367 Et ſi infra dictum terminum ad reſpondendum libello datum, terminus ad intimandum litem auctoribus petitus fuerit pro parte rei, ipſo iure præfixum cenſeri voluit ſex dierum continuorum à die petitionis ipſius termini computandorum, de quo nullam penitus deductionem fieri voluit.

368 Statuitq; notarium actuarium cauſæ non poſſe recipere ab aliquo vti procuratore, ſeu alieno nomine comparente in quauis cauſa libellum, vel iura aliqua, nec libellum, vel iura alicui tradere, niſi primò mandatum exhibuerit, & penes acta relaxauerit, vel ipſe actuarius de eo rogatus fuerit, ſub pœna ipſi notario librarum decem pro qualibet vice ipſo iure, & facto incurrenda, & Cameræ, & accuſatori applican.

369 Et huiuſmodi dilationem continuam eſſe, & ex ea deduci non poſſe ferias aliquas, niſi inductas propter meſſes, & vindemias, aut propter ſolemnitates natiuitatis, & reſurrectionis Domini à ſtatutis Bonon.

non. vel quouis modo repentinas.

370 Nec etiam deduci tempora ſuſpenſionum cauſarum procuratorũ, etiam motu proprio, vel alias conceſſarum, vel obtentarum, niſi ſeruata forma Conſtitutionum Rotæ, factæ conſtent.

371 In alijs verò ordinarijs minoribus ſummam, & extimationem rei, vel facti librarum trecentum nõ excedentibus, ſummam tamen librarum viginti-quinque tranſcendentibus, dilationem trium tantum menſium ad probandum, & probatum habendum per omne genus, vt ſupra, communem partibus, ſimiliter inchoandam, & computandam, ipſo iure præfixam intelligi voluit.

372 Et quòd huiuſmodi terminis, & alijs probatorijs, tam in principalibus, quàm appellationũ cauſis, elapſis, non admittatur etiam probatio per partis confeſſionem, niſi ſpontaneam, & minimè coactam, neque acceſſus in rem præſentem, niſi omnibus expenſis petentis irrecuperabilibus reſpectu acceſſus.

373 Et ſi contingat remiſſorias in huiuſmodi, vel alijs quibuſcunque cauſis poſtulari ad probãdum, vel reprobandum, illa quandocunque peti poſſint durantibus dilationibus, ſeu terminis probatorijs, & conceſſæ ipſo iure intelligantur, & ex illarum petitione, & conceſſione, curſus dilationum, ſeu ter-

374 minorum probatoriorum non impediatur. Et † licet infra dilationes, ſeu terminos probatorios literæ reſponſales reportatæ non fuerint, nihilominus

quando-

quandocunque ante ſententiam reportentur, admitti debeant, & admiſſæ cenſeantur, ita quòd ob non reportationem illarum expeditio cauſæ nun-
375 quàm retardari poſſit; † Et ſi ante ſententiam non reportarentur, poſſint tamen produci in cauſa ap-
376 pellationis, & productæ admiſſæ cenſeantur; † In cauſis autem omnibus ſummam librarum vigintiquinque non excedentibus, tam ordinarijs, quàm executiuis, tam appellationum, quàm principalibus, ſeruari voluit conſtitutionem ſub numero 53. cum ſequen.

377 In cæteris verò cauſis executionum inſtrumentorum, teſtamentorum, & aliarum vltimarum voluntatem, laudorum, & ſententiarum de cætero introducendis, à die petitæ executionis ſex dies currentes habeat ipſo iure pars conuenta ad opponendum contra petitionem, & iura producta. Et ſi vltimus dies eſſet feriatus, tunc poſſit prima die immediatè ſequenti iuridica opponere.

Quibus elapſis, & aliquo non oppoſito, ad executionem omninò procedatur.

378 Si autem oppoſitum fuerit, ipſo iure terminus triginta dierum ad probãdum huiuſmodi exceptiones datas, & non alias, præfixus cenſeatur, qui currat à die datæ oppoſitionis irreparabiliter, ita vt illius curſus quouis modo nõ impediatur, nec ex eo fiant deductiones aliquæ, niſi vt ſupra.

379 In appellationibus verò, ſeu reclamationibus interponendis in huiuſmodi cauſis executiuis, tam in

trodu-

Digitized by Google

troductis, quàm introducendis terminus ipſo iure probatorius, communis partibus, viginti dierum aſſignatus cenſeatur, qui irreparabiliter currat à die productionis appellationis, ſeu reclamationis, & eius curſus non impediatur quouis modo, nec ex eo fiant deductiones, niſi vt ſupra.

380 In cauſis verò priuilegiatis, de quibus in conſtitutionibus ſub numero 38. verſ. in cauſis verò attentatorum &c. de quibus ſupra, vel infra non eſt facta ſpecialis prouiſio, dilatio ipſa duorum menſiũ ſtatuta ipſo iure intelligatur, communis partibus, ac per omne genus probationis, qui currant irreparabiliter à die petitionis factæ, nec illorum curſus quouis modo impediatur, nec deductiones fiant, niſi vt ſupra in alijs dilationibus dictum fuit.

381 Et eundem habeant terminum appellationes in prædictis cauſis in Rota de cætero introducendæ incipiendum à die productæ appellationis immediatè.

382 Et ſi infra dictas, & alias infraſcriptas dilationes, ſeu terminos producerentur poſitiones per partes; quia ex illarum productionibus curſum dilationũ, ſeu terminorum minimè impediri voluit, Ideo omnino per vtraque pars pro reſponſionibus habendis inſtare debeat, & pronuncias ſolitas, & à ſtatutis introductas obtinere, quæ ſeruatis ſeruandis, ipſo iu-
383 re factæ ſint, & cenſeantur, † ſaluo ſemper iure impertinentium, & non admittendarum, & quatenus illis veniat de iure reſpondendum, & nõ aliter, nec

alio modo, examine reſeruationum huiuſmodi in fine cauſæ ipſo iure remiſſo.

384 Et vt diſputationes tollantur, quæ multoties oriuntur ſuper ſtatuto de poſitionibus loquēte, ſtatuit procuratorem in caſu abſentiæ ſemper admitti ad reſpondendum poſitionibus, niſi ponens maluerit reſponſiones à principali abſente, & tunc poſitiones tranſmitti debere ad abſentem, ſi principalis talis ſit, qui ſolus per ſe ipſum in iudicio reſpondere cogendus ſit, omnibus expenſis ipſius ponentis, &

385 nihilominus † ex huiuſmodi poſitionum tranſmiſſione curſum dilationis non impediri, vel retardari; & quandocunque poſitiones reportentur cum reſponſionibus ante ſententiam, admiſſæ cenſeantur, & nihilominus non retardari expeditionem ob illarum non reportationem, & ſi ante ſententiam non reportarentur, poſſint tamen produci in cauſa appellationis, & productæ admiſſæ cenſeantur.

386 Vt autem puncti tradātur iuxta morem Ro. Cu. pro faciliori cauſarum expeditione iuxta conſtitutionem num. 40. Ordinauit Senatus, lapſis dilationibus, tam in principalibus, quàm appellationum cauſis, actorem infra decem dies ad ſummum informationem facti cum formatione punctorum præcidētium ordinatè in actis actuarij exhibere, & actuarium reo petenti copiam facere cum termino, ad plus, octo dierum ad ſuam facti informationē cum punctis exhibendum. & partibus in facto, vel formatione punctorum concordantibus, vel diſcordanti

Q bus,

bus,iudex tunc ſuas interponat partes, & punctos, ſeu pũcta formet ordinate, auditis partibus,ſi opus erit; & ſemper præcidentia præferat, & iuxta ſtilũ Ro. Cu. cum hoc onus ad eum ſpectet.

387 In cæteris omnibus appellationum cauſis ordinarijs, tam maioribus, quàm minoribus in Rota de cætero introducendis, ſimiles dilationes ſtatutas ipſo iure cenſeri Senatus ſanxit, inchoandas à die interpoſitæ appellationis, & ex quibus dilationibus non fiant deductiones,niſi vt ſupra in principalibus cauſis dictum eſt.

388 Et vltra hoc nullas inſtantias, etiam iuris communis, tam reſpectu appellationum hactenus inter poſitarum, quàm in futurum interponẽdarum,tam in ordinarijs, quàm in executiuis, ac priuilegiatis quibuſcunque prædictis vt præfertur, ſeruari debere declarauit.

Sed vt longiora itinera de medio tollantur,deſer tiones effugiãtur, ac etiam occurratur malitijs eorum, qui cauſa diffugij, & lites in longum protrahendi appellationes,reclamationes,& ſeu querelas quandoque interponunt: & vt pecunijs, vel bonis, de & ſuper quibus lis vertitur,interim pendente lite,poſſint diutiùs vti, & frui,& hinc negligentiores ſint in curando cauſæ eorum appellationis, reclamationis, ſeu querelæ deciſionem, & terminatio-
389 nem.† Voluit,ac ſtatuit Senatus,quòd non termina tis appellationibus, reclamationibus, ſeu querelis, infra biennium,à die interpoſitionis illarum,reſpe-
ctu

ctu interponendarum, & reſpectu iam interpoſitarum à die publicationis præſentium, ſententias primas illicò, & ſine mora, ullaq; cōtradictione exequutioni mandari debere contra appellantem, reclamantem, & ſeu querelantem, ac ſi in rem iudicatam tranſiuiſſent, abſque remedio reuocationis exequutionis huiuſmodi, etiam in uim attentatorum, aut cuiuſcunque alterius iuris, & modi priuilegiati, remota omni etiam reſtitutione, appellatione, & alia quacūq; defenſione, ac ceſſante omni remedio prædictam exequutionem impediente, & non obſtante aliquo prætenſo iure compēſationis, ſub prætextu melioramentorum, uel aliorum quorumcunque in primis pro ipſo appellante, reclamante, ſeu querelante deducendorum, & detrahendorum, etiam ſi in ſentētia aliquid pro ipſo ſuccumbente, appellante, reclamante, & ſeu querelante expreſſe reſeruatū foret in primis detrahendum, & deducendum eſſe:

390 Voluit tamen, & ſtatuit idem Senatus licere huic appellanti, reclamanti, & ſeu querelanti, facta prius exequutione prædicta, ac per ipſum dimiſsis, relaxatis, ſeu traditis, uel ſolutis cum effectu parti aduerſæ, quę obtinuit, pecuniis, uel bonis, de & ſuper quibus lis uertitur, & non aliter, nec ante, nec alio modo, etiam poſt dictum biennium proſequi, & terminari facere ſuam appellationem, reclamationem, & ſeu querelam uſque ad tempus quadriennij perfecti, incipiendi a die illarum interpoſitionis reſpectu interponendarum, & reſpectu iam interpoſitarum a

391 die publicationis præſentium; †Et in euentum retra

Digitized by Google

ctationis,& reuocationis primarum ſententiarum exequutionem quoque prædictam retractari, & reuocari, retractatamq́;, & reuocatam ipſo iure cenſeri, etiam ſi per iudicem appellationis, reclamationis, & querelæ expreſsè in ſua ſententia retractata,
392 & reuocata non eſſet † Et propterea uoluit idem Senatus debere per appellatum, reclamatum, & ſeu querelatũ exequutionem ſupradictam obtinentem idoneè caueri de reponẽdo omnia in priſtinũ in caſu retractationis, & reuocationis ſententiarum, &
393 exequutionum prædictarum: † Elapſo autem quadriennio ſupra memorato, appellatio, reclamatio, & ſeu querela omnis non terminata, omnino cenſeatur, & ſit deſerta, & exequutio modo, quo ſupra,
394 facta, plenum rei iudicatæ effectum ſortiatur. † Et ut conſtitutio ſub num. 42. & 43. de cautione, ſiue pignor. peten. & præſtan. loquens locum habere poſſit, ſtatuit cautionem, ſiue pignus peti debere ante lapſum dimidii dilationũ reſpectiuè prædictarũ, & præſentari, ſiue p̄ſtari durantibus ipſis dilationibus.

395 Voluit inſuper appellantes, tam in cauſis ordinariis, quàm executiuis, & priuilegiatis prædictis teneri infra decem dies continuos à die interpoſitionis eorum appellationis, ſiue reclamationis de cætero interponendarum, & reſpectu interpoſitarum, à die publicationis præſentium, & ſi vltima dies eſſet feriata, prima die iuridica immediate ſequẽti, producere eorum appellationem, ſeu reclamationem coram iudice ad eorum inſtantiam infra dictos decem dies extrahendo, ſi cauſa excedat ſummam, & æſti-

mationem

mationem rei, uel facti librarum uiginti quinque. ſi uerò non excedat, coram Prætore abſque alia extra ctione; qua appellatione, ſeu reclamatione infra dictum terminũ non producta, ad executionem ipſius
396 ſententiæ procedatur, perinde ac ſi † appellatum, ſiue reclamatum nõ fuiſſet, ſaluà tamen ipſarum appellationis, uel reclamationis proſecutione, & ipſarum ſententiarum retractatione infrà tempora, de quibus ſupra; Et ſi infrà biennium terminata non fuerit, & executio effectualis facta non fuiſſet, tunc uoluit locum habere, & ſeruari omnia ſupra diſpoſita ſic enim diligentiores appellantes, & reclamantes in proſecutione ſuarum appellationum, & reclamationum euadent.
397 Declarans, appellãtẽ teneri, & obligatum eſſe infrà menſem poſt lapſum dilationum probatoriarũ in cauſis appellationum in Rota de cætero introducendarum, in hactenus verò introductis infra tres menſes poſt publicationem præſentium immediatè ſequentes præſentare iudici cauſæ ipſius appellationis integrum proceſſum cum ſummario actorũ, ſiue regiſtrum, vbi ei locus ſit, vnà cum informationibus iuris, & facti, ſi quas dare voluerit, ad effectũ, vt iudices expeditioni cauſæ incumbere valeant; aliàs dicta præſentatione infrà dictum terminum omiſſa, nulla poſſit iudici, ſeu iudicibus negligentia
398 ſuper expeditione cauſæ aſcribi, vel imputari. † Voluit inſuper poſt dictas dilationes probatorias licere perſonis priuilegiatis comprehenſis in ſtatuto de

Digitized by Google

arbitrio D. Poteſtatis, ne eis priuilegium dicti ſtatu ti in totum auferatur, producere,& probare ſibi incumbentia, & producenda, & probanda admiſſa
399 cenſeri cum decreto,vt ſupra; † Et ſi priuilegiatus produxerit, vel probauerit, tunc etiam licere parti aduerſæ producere,& probare, vt ſupra, & non aliter; noluit tamen ſub prætextu huiuſmodi productionis, vel probationis faciendæ poſt dictas dilationes,retardari expeditionem cauſæ,ſed ſolum quandocunque productio, vel probatio fiat ante ſententiam, illas cenſeri admiſſas cum decreto, vt ſupra.

400 Et ex biennio, ac quadriennio prædictis neque repentinas,neque ordinarias ferias, vel etiam in honorem Dei deduci,ſed tempora ipſa fore ſtatuit cõtinua, nec illorum curſum alicuius etiam impedimenti prætextu impediri.

401 Hoc capite comprehenſas eſſe noluit appellationes, ſeu reclamationes in cauſis mixtis,ſeu damnorum, quas vocant, accuſationum, de quibus in conſtitutione num. 60. ſed in eis omnibus ſeruari voluit inſtantiam, quæ datur in cauſis illarum principalibus ex forma ſtatuti.

402 Per articulum non deuolutionis non differri,neque retardari proceſſum,ſeu curſum dilationis probatoriæ in cauſa appellationis, ſeu reclamationis ſententiæ cuiuſuis; ſed iudicem ſuper eo, quandocunque ſibi liquebit, pronuntiare, parte altera petente, poſſe ſtatuit; & huiuſmodi articulus non deuolutionis per proceſſum ad vlteriora nunquam in-

telligatur

telligatur per iudicem tacitè reiectus.

403 Et quòd appellationes, reclamationes, & nullitates ſiue principaliter, ſiue incidenter ſint propoſitæ, ſiue coniunctim, ſiue diuiſim introductæ, ſeparari non poſſint, vt duo iudicia fiant, & ſententiæ plures ferantur, ſed ſimul cognoſcantur, & in eis vnico contextu pronuntietur.

404 Vt celeriter cauſæ perducantur ad finem, omnes exceptiones mandati, perſonæ, & iuriſdictionis, ac peremptorias, aut litis ingreſſum etiam impedientes, & alias quaſ'uis, cõſtitutione ſub nume. 71. non obſtante, reſeruatas forte, & cenſeri, etiam abſque alio iudicis miniſterio, iuſſit.

405 Inſuper productionem iurium ac teſtium inductiones, & examinationes quaſcunque abſque alio iudicis miniſterio admiſſas eſſe, & pro admiſſis ſcribi per actuarium cum decreto ſemper, ſi, & in quantum &c. & ſaluis exceptionibus datis, & dandis tã contra iura, quàm perſona, & dicta teſtium, & ità quod ſi non ueniunt admitten. uel recipien. habeãtur pro non admiſſis, neque receptis, uel examina-

406 tis, neque fidem faciant aliquam; Et quòd pariter proteſtationes de non conſentien. in iud. uel in proceſſum, & ſuſpenſiones petitorii, uel iudicii cuiuſuis, habeantur ſemper pro admiſſis ſi, & in quantũ &c. & cognitio, & deciſio oppoſitorum, & proteſtatorum, aut propoſitorum ſit ſemper reſeruata, & cognoſcatur in fine cauſæ, & per proceſſum ulteriorem nullo modo cenſeatur reiecta, uel ſublata ali-

qua ex

Digitized by Google

407 qua ex prædictis: iudex tamen non prohibeatur, quandocunque ſibi liqueat, ſuper omnibus, tam mandati, quàm iuriſdictionis, & alijs exceptionibus, ac præmiſſis ſic reſeruatis, & vno quoque pronuntiare, etiam non expectato fine cauſæ; & ſi procuratoris, vel aliquo nomine comparentis mandatum reiecerit, amplius non audiri ipſum procuratorem, vel alieno nomine comparentem, niſi aliud idoneum exhibuerit mandatum, nec ab ipſa reiectione aliquo modo reclamari poſſe ſtatuit; & ſi in diſceptatione ſuper perſonis, & mandatis haben-
408 da, de ætate dubitetur, † ſtari, & credi voluit fidei leuatæ ex libro baptiſmatis: & per prolationem ſententiæ diffinitiuæ cenſeri ſuper omnibus reſeruatis tacitè cognitum, & deciſum ſanxit.

409 Addidit conſtitutioni num. 90. ad num. 92. quod idem modus, & forma ſeruētur, & ſeruari debeant in curatore dando hæreditati iacenti, & in proceſſu formando contra incertos hæredes, qui ſeruatur ſecundum dictam conſtitutionem in curatore dando liti indefenſæ, & hoc, vt tollatur labor, & circuitus inutilis. Quo curatore dato in quolibet prædictorum caſuum, cum eo ſeruentur omnia circa terminos probatorios, & alia, ſupra, & infra cum alijs diſpoſita.

410 Et ad tollendum malitias, & cauillationes proponentium cauſas attentatorum, & de litibus lites inſerentium, addidit prioribus conſtitutionibus, quòd quandocunque proponantur attentata, & il-

lorum

Digitized by Google

lorum iudicium,nunquàm proceſſus cauſæ princi
palis retardetur, ſed quòd de eis ſimul,& ſemel co-
gnoſcatur cum negocio principali,& quandocun-
que attentatum fuiſſe conſtiterit, poſſit iudex cau-
ſam illorum expedire,& terminare; & ſi in fine cau
ſæ differatur illorum terminatio, & fuiſſe attentatũ
411 cognitum fuerit,in primis, † & antequàm cauſa ter
minetur in meritis, illa purgari debeant,præuia iu-
dicis declaratione.

412 Statuitq́;, quòd qui de cætero appellauerint ab
exceſſu,ſiue ratione exceſſus,debeant exceſſum de-
ducere,& allegare in ipſa appellatione ſpecialiter,
& in indiuiduo, puta exprimendo ſummam in ſpe
cie, in qua exceſſum fuiſſe prætendant, aliàs appel-
lationem ipſam ratione ipſius exceſſus aliquem iu-
ris effectum non habere, & illa non obſtante ſen-
tentiam exequi poſſe ſtatuit. & ſi modo præmiſſo
de exceſſu dictum fuerit,tunc exceſſum probari de-
413 bere † infra decem dies immediatè ſequentes poſt
ipſam appellationem continuos,& qui irreparabi-
liter currant,& ipſo iure præfixi cenſeantur, nec il-
lorum curſum quoquo modo impediri poſſe, niſi
omnes eſſent feriati: quia tunc illum probari poſſe
voluit infra alios decem dies tunc immediatè ſe-
quentes, & vt ſupra continuos. quibus elapſis,ſi de
allegato exceſſu legitimè probatũ nõ fuerit, ad exe
cutionẽ ſentẽtiæ omnino procedi iuſſit. & pẽdẽte
414 huiuſmodi appellatione ab exceſſu,in eo,quod nõ
fuerit exceſſum, exequi ſententiam nõ prohibuit.

415 Et quoniam ab experto cognoſcitur, quòd cau-

ſæ

Digitized by Google

ſæ in Rota ideò protrahuntur,quia de omnibus diſputatur,etiam minimis, & requiritur ferè in omnibus Rotæ votum, quod haberi non poteſt ſine longo examine: ſicut Senatus ex præmiſſis,quod diſputationes impedientes proceſſus tollantur, prouidiſſe ſperat: ita ampliare, & extendere volens DD. Auditorum iuriſdictionem, de qua in conſtitutione num. 26. cum ſequen. eam ampliando,& extendendo,voluit etiam ſingulos Auditores ſingulas cauſas, ad quas in prima inſtantia extracti fuerint, vel iam ſint, ex ordinaria,vel delegata iuriſdictione, nõ excedentes in ſui extimatione ſummam,& valorem librarum trecentum, etiam ſi reconuentio eſſet maioris extimationis, poſſe ſolos, & ſine voto aliorum
416 coauditorum terminare. † Cauſas autem appellationum à ſententijs, tam ſingulorum Auditorum modo prædicto, quàm aliorum quorumcunque iudicum ad Rotam ex forma conſtitutionum eiuſdẽ, & conceſſionum apoſtolicarum deuolutarum, vel deuoluendarum à libris centum ſupra, dictam ſummam librarum trecẽtarum, modo ſupraſcripto nõ tranſcendentes,in ſecunda inſtantia per vnum ſimiliter ex dominis Auditoribus, ſorte extrahendum cum voto in decidendo alterius tantum ex coauditoribus etiam ſorte extrahẽdi, excepto ſemper eo, qui prius iudicaſſet, & his diſcordantibus, ſimul cum tertio extrahendo tempore diſcordiæ,cognoſci, & terminari debere: in vlteriori verò appellatione, ſi ei locus ſit,per Rotam totam cauſas prædictas terminari uoluit.

Mode-

417 Moderandoq; cõſtitutionem ſub num. 100.ſan-
xit, Auditores non eſſe aſtrictos ſedere per horam
continuam, ne tempus conteratur, attento quòd
raro habebunt neceſſe interloqui, ſtantibus huiuſ-
modi reformationibus,ſed in eorũ arbitrio remane
re, plus vel minus ſedere, pro vt expedire viderint.
Declarauitq; ſe propediem daturum formulas
ſcripturarum, & oppoſitionum in iudicio danda-
rum, ac actorum à notarijs conſcribendorum,qui-
bus, & non alijs vti debebunt litigantes, & notarij
in ipſis iudicijs,vt nugæ ſuperfluæ, tam ex ipſis ſcri-
pturis, quàm actis dictorum notariorum reijcian-
tur & vt litigantes ab inanibus expenſis ſubleuen-
418 tur & regiſtra faciliùs, & commodiùs fieri poſſint,
quæ omnino iuxta diſpoſita in prioribus conſtitu-
tionibus fieri mandauit.

419 Iuſſit finaliter DD. Auditoribus,vt reiectis cauil
lationibus, & calumnijs,& malitijs litigantium in-
cumbant expeditioni cauſarum,& illa reijciãt, quę
ſecundum eorum conſcientiam putarint ad prote-
landum,& intricandum, & non ſecundũ veritatem
propoſita,eorũ conſcientias ſuper hoc onerãdo: &
vt facilius prædicta facere poſſint,noluit eos in ſyn-
420 dicatu de cętero teneri de gerendis per ipſos † niſi
de dolo,fraude,& barataria,ſublatis prioribus con
ſtitutionibus, & ordinationibus fortè in hac parte
aliter diſponẽtibus. Rogans,ac præmonẽs Senatus
ipſe Mag.DD.ipſius Rotę Auditores, vt omni cũ di
421 ligentia,& aſſiduitate †incũbãt cauſarũ expeditioni
bus, pro ut eos eſſe facturos omnino ſperat: Quòd

ſi ſecus

Digitized by Google

ſi ſecus fortè fieret, tali caſu Superiores opportuna adhibebunt remedia, auocando etiam cauſas à negligentibus, & alijs committendo coauditoribus, pro ut ipſis videbitur expedire.

422 Et quoniã ſępe euenit, ꝙ volentes cauſarum expeditiones protelare, in calculo ferendæ ſententię, vel ſaltẽ poſt lapſas dilationes omnes, vel reſtitutiones in integrũ, vel cauſas criminales ſub prætextu falſitatis aliquorũ in cauſa productorũ, vel deductorũ, vel erroris correctionẽ proponãt, vel alia in effectu expeditionẽ cauſarũ retardãtia, voluit Senatus ipſe prædicta omnia, & alia quæcunque tali tempore propoſita, etiã ſi iura & teſtes, tanquàm de nouo reperta, & reperti producerentur, & inducerentur, expeditionem cauſarum nullatenus retardare.

423 Et inſuper ſtatuit appellationes, & reclamationes quomodolibet interponẽdas à ſentẽtijs ferẽdis in cauſis collectarũ publicarũ, vel laboreriorũ publicorũ, puta, viarũ, pontiũ, diſcurſoriorũ, & fluminũ pub. ac etiã officiorũ pub. vtiliũ, quę morã nõ patiũtur, nõ habere effectũ ſuſpenſiuũ, ſed illis non obſtãtibus ſententias exequi poſſe, & debere ordinauit.

424 In cęteris p̃dictas Rotę cõſtitutiões, quatenus p̃ſẽtib. reformationib. nõ cõtrarientͣ, ſeruari mãdauit.

425 Sanxitq;, ꝙ ſi cõtrouerſia aliqua in futurũ oriretur ſuper intelligẽtia prędentiũ reformationũ, ꝓ interp̃tatione illarũ recurſus haberi debeat ad Illuſtriſs. & Reuer. ꝓ tpe Legatũ, Gub. ſiue Viceleg. & Mag. Senatũ, quorũ interp̃tationi ſtari omnino debeat. Dat. Boñ. in Pal. maiori die nona Mẽſis Ian. 1570.

Digitized by Google

NOVAE REFORMATIONES

PRIORVM CONSTITVTIONVM

ROTAE BONONIAE

EDITÆ

Anno Domini M D LXXXVI.



BONONIAE,

Apud Alexandrum Benatium.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIE MARTIS PRIMA IVLII.

M D LXXXVI.

COngregatis Mag. & Illuſt. Dominis Quadraginta Reformatoribus ſtatus libertatis ciuitatis Bonon. in numero Triginta, in camera Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Legati: In eius pręſentia, ac de ipſius conſenſu, & voluntate: inter eos infraſcriptũ partitum poſitum, & obtentum fuit; videlicet.

IVRA omnia, ac leges, & ſanctiones de quinqueuirali, & quinquennali Rota Bonon. iudicio, nuper ad publicam vtilitatem, & eorum, qui in eo iudicio experiuntur, aut experientur: ac ad amputandos litium anfractus, reformatas, additas, & in capita deſcriptas: auctore Ampliſſimo D. Antonio Maria Saluiato Legato,

 Illuſtriſs.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIE MARTIS PRIMA IVLII.

M D LXXXVI.

CONgregatis Mag. & Illuſt. Dominis Quadraginta Reformatoribus ſtatus libertatis ciuitatis Bonon. in numero Triginta, in camera Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Legati: In eius pręſentia, ac de ipſius conſenſu, & voluntate: inter eos infraſcriptũ partitum poſitum, & obtentum fuit; videlicet.

I*VRA omnia, ac leges, & ſanctiones de quinqueuirali, & quinquennali Rotæ Bonon. iudicio, nuper ad publicam vtilitatem, & eorum, qui in eo iudicio experiuntur, aut experientur: ac ad amputandos litium anfractus, reformatas, additas, & in capita deſcriptas: auctore Ampliſſimo D. Antonio Maria Saluiato Legato,*

 Illuſtriſs.

Digitized by Google

Illuſtriſs. D. Camillo Paleoto, Vexillif. iuſt. Illuſt. Senatorib. dominis Com. Hercule Bentiuolo, Com. Vincentio Campegio, Ioanne Armio, Hercule Bandino, Com. Cornelio Lambertino, & Com. Fuluio Craſſo: Ac etiam nonnullis Doctoribus, & Cauſidicis, ad id nominatim electis, & aſſumptis, præſcribentibus, & dictantibus:
426 *Senatus Bonon. nedum approbauit, ac ratas, & gratas habuit: ſed ea omnia ſicuti reformata, conſcripta, digeſta, & compoſita ſunt, edi, & in omne poſterum tempus conſtantiſſimè, à die publicationis obſeruari decreuit, & mandauit: Nihil, quod ante actum, aut ſancitum ſit, vel de ſimili, vel de eadem re, officito, quominus hæc vim, iuſq; ſuum obtineant, factum Sen. Cons. per ſuffragia omnia XXX.*

IESVS

VT maturiori, ac exactiori cauſarum, de quibus infra, diſcuſsioni: necnon earundem celeriori † conſulatur expe-
427 ditioni, Senatus Bonon. ex auctoritate Illuſtriſs. & Reuerendiſs. ſupraſcripti domini Legati, decreuit, & ſanxit.

Quòd de cætero in quibuſcunq; cauſis, maioris tamen importantiæ librarum Centum, etiam comprehenſis à ſtatuto de arbitrio D. Poteſtatis in cauſis pupillorum &c. ac etiam pendẽtibus, adhuc tamen in foro Rotæ non inſtructis, per lapſum temporis probatorij, in ea inſtantia, in qua nunc cauſæ
428 reperiũtur, † quomodolibet Rotalibus, & vigore cõſtitutionum, ſeu reformationum Rotæ, ſeu cuiuſuis delegationis, etiam à ſede apoſtolica, ſub quauis forma emanatæ, per dominos Prætorem, & Auditores, vel eorum aliquem, vel aliquos, coniunctim, vel ſeparatim, ſeu etiam per alium, vel alios, cũ eorum, ſeu alicuius eorum voto, ſeu de voto, in qualibet inſtantia cognoſcendis, & terminandis;
429 Nec non etiam † extra Rotalibus, importantiæ, de qua ſupra, in quibus per dictos dominos Prætorem, & Auditores, vel aliquem, ſeu aliquos eorum, contigerit ſententiã ferri diffinitiuam, vel vim diffinitiuæ habentem, ſeu votum dari: etiamſi commiſſæ fuerint illis, ſeu eorum alicui, vel aliquibus, tanquam Auditori, vel Auditoribus Illuſtriſs. &

Reuerendiſs. D. Legati, Vicelegati, ſeu Gubernatoris, etiam cum derogatione præſentis conſtitutionis, ac prout in beneficialibus, etiam cum clauſula, pro expreſſis haben. &c. ac alijs quibuſcunq; clauſulis, quãtumuis prægnantibus, & derogatorijs, etſi etiam commiſſæ fuerint cuilibet alij, vel alijs cum voto, ſeu de voto dictorum dominorum Prætoris, & Auditorum, vnius, vel plurium expediendæ:

Teneantur omnino dicti domini Prætor, & Auditores, poſtquàm ſibi ab altera partium præſentatus fuerit proceſſus integer, ſeu regiſtrum cum informatione facti, & iuris, de cuius præſentationis
430 die Notarius cauſæ in actis † mẽtionẽ faciat, quam-
431 citius fieri poterit, dare † dubia in ſcriptis partibus, etiam non petentibus, etiam ſi illorum dationi ex-
432 preſsè altera illarum renunciaret: † niſi ambæ, vel omnes, vbi plures eſſent in cauſa, expreſsè, & concorditer renunciarent: Cum iuribus, fundamentis, rationibus, & doctrinis, ex quibus in effectu per
433 eos, vel eorum aliquem dubitari contigerit. † & apparere debeat qua die dubia ipſa data fuerint: Im-
434 mo & illa penes acta ipſa per Notariũ cauſæ † regiſtrentur, & regiſtrari debeant, expenſis obtinentis in cauſa, ipſi Notario, tempore prolationis ſententiæ, perſoluendis.
435 Sed antequàm dicta præſentatio fiat, teneatur pars, quæ illam facere voluerit, altera parte citata, informationem facti producere, cum copia parti
danda:

dand : cui etiam,ſi in termino citationis,de ipſa fa-
436 ctæ,petierit,accommodetur proceſſus † per decem
dies ad ſummum. quibus elapſis, parte iterum citata, fiat præſentatio, de qua ſupra. qua facta, non
437 teneatur Iudex ampliùs† proceſſum partibus accõmodare. Et ſi poſt lapſum dictorum decem dierum, ſaltem infra biduum, immediatè decurrendum,pars,cui proceſſus fuit accommodatus, illum (requiſita tamen) Notario cauſæ non reſtituerit,
438 † pœnam ſcutorum quinque ipſo iure incurrat. & nihilominus proceſſum ſtatim,opportunis quibuſcunq; remedijs, reſtituere compellatur.
439 Notarius verò actuarius eadem die, qua dubia per Iudicem data fuerint, vel immediatè ſequenti, teneatur illorum dationem parti intimare, contra quam dubitari contigerit, ſaltem domi habitationis illius, ſi in ciuitate Bonon. habitauerit: et ſi in comitatu: eius procuratori, ſi habuerit,vel ad locũ electum, ſi elegerit: aliàs ad domum intimandi in
440 comitatu, expenſis † tamen ipſius intimandi. Et
441 poſſit pars eorum reſolutiones dare † infra quindecim dies continuos,à die intimationis,ſibi vt ſupra factæ, immediatè decurrendos. quibus elapſis,am
442 pliùs † retardari nõ poſsit cauſæ expeditio, ſub prætextu,quòd reſolutiones dubiorum adhuc datæ nõ
443 ſint.† Nec dubia contra vnam partem excitata,alteri parti, ſine Iudicis licentia, per Notarium oſtendantur.
444 Et ſi noua orirentur dubia à primis diuerſa: ea

dare

dare teneatur vt ſupra, ſaltem infra quindecim dies
continuos, immediatè decurrendos à die reſolutio
nis datæ primorum dubiorum, vel lapſus termini,
ad illa reſoluendum dati: & illorum reſolutiones ex
445 pectare † per octo dies cõtinuos, immediatè decur-
rendos à die intimationis dictæ nouæ dationis, par
ti vt ſupra per Notarium faciendæ: & quam facere
omnino teneatur vt ſupra. Ita tamen, vt non poſ-
446 ſint † vltra ter (ſaluis tamen infra dicendis) eidem
parti dubia dare, & tertia vice reſponſiones per ſe-
ptem dies continuos, decurrendos vt ſupra expe-
447 ctare. † quòd ſi dubia tertia vice dari contingat, illa
debeant dari vt ſupra, ſaltem infra decem dies con-
tinuos à die reſolutionis dubiorum, ſecundo loco
datorum, vel lapſus termini, ad illa reſoluendum
dati.

448 Et lapſis terminis ad reſoluendum dubia præ-
fixis, teneantur cauſam expedire, quam citius fieri
poterit, & ſaltem infra ſexaginta dies continuos à
die lapſus termini, ad vltima dubia data reſoluen-
dum præfixi.

449 Et pro illius expeditione, vltra prouiſiones eo-
rum ordinarias, habeant duntaxat ſalarium ſenten
tiæ integrum, de quo in ſtatuto Bonon. ſub Rubri-
ca de Salar. Conſ. & Iudic. &c. etiam ſi plura capi-
ta ſententiæ ex proceſſatis colligi, & in ſententia
fieri poſſent, ſeu fierent, etiam diuerſam cognitio-
450 nem habentia: † Cum augmento tamen ſalarij, de
quo in dicto ſtatuto vt infra, videlicet.

Vbi in dicto ſtatuto ſalarium eſt librarum quatuor in totum, ſit librarum quinque in totum.

Vbi eſt librarum octo, ſit librarum decem in totum.

Vbi eſt librarum quatuordecim, ſit librarum decem, & ſeptem cum dimidio in totum.

Vbi eſt librarum viginti, ſit librarum viginti quinque in totum.

Et vbi ageretur de re, ſeu facto æſtimationem nō recipiente, ſalarium non poſsit excedere libras decem in totum.

Circa autem ſalaria minora, dictum ſtatutum ſeruari voluit.

451 Mandauitq; idem ſeruari in omnibus capitibus prædictis, circa ſalaria Notarijs, de ſententijs huiuſmodi rogandis, perſoluenda. Prohibens ſalaria huiuſmodi aliquo modo, vel prætextu, ſeu quauis occaſione, vel cauſa augeri, vel alterari, aut in maiori quantitate, quouis modo recipi poſſe.

452 Declarauit inſuper, & ſtatuit idē Senatus, quòd datis dubijs in actis Notarij cauſæ prima vice, nulli partiū liceat ampliùs quicquàm producere, nec probare, etiam ſub prætextu alicuius priuilegij cauſæ, vel perſonarum: vel quòd ſint iura de nouo reperta: niſi eſſent publica inſtrumenta, per publicū
453 Notarium rogata, de nouo reperta. † Quæ tunc admitti poſſint cum iuramento, ꝙ ſint de nouo reperta, niſi contrarium probaretur infra triduum. & tunc pars, aduerſus quam fieret talis noua produ-

Digitized by Google

ctio, à die habitæ copiæ illorum, vel eidem legiti-
454 mè oblatæ, habeat ipſo iure terminum † decem die
rum, ad probandum quicquid aduerſus huiuſmodi
inſtrumenta probare voluerit, & interim tempora
ad dandum dubia, & reſolutiones, vt ſupra reſpe-
ctiuè ſtent in ſuſpenſo.
455 Salua tamen viſitatione facti: quæ, ſi fuerit peti-
ta ante ſententiam, fieri poſſit, expenſis tamen pe-
tentis, poſt lapſum dilationis probatoriæ, ſine ſpe
recuperationis illarum.
456 Et ſaluo beneficio reſtitutionis in integrum, cui,
vel quibus, & ſi, & prout de iure competierit. Quæ
tamen reſtitutiones, ſi proponi contingant, expe-
457 ditiones cauſarum nõ retardent; niſi † per ſpatium
viginti dierum, à die propoſitionis illarum, etiam
non obſtante quacunq; prorogatione, quæ obti-
neretur per huiuſmodi petentem.
458 Et in euentum, in quem ex productione dictorũ
nouorum inſtrumentorũ, ſeu probationum in cau-
ſis antedictis, vel ex ipſa facti euidentia, noua ori-
rentur dubia, poſtquam ter, etiam vt ſupra data fuiſ
ſent: teneantur, & debeant Iudex, ſeu Iudices, pro
vnica vice tantùm ipſa dubia vt ſupra dare, quã-
citius fieri poterit, & ſaltem infra menſem, à die no
uæ conſignationis dictorum de nouo proceſſato-
rum; & reſolutionem per decem dies, decurrendos
vt ſupra expectare.
459 Prædicta autem noua conſignatio, poſt lapſum
dictorum terminorum, fieri debeat, parte ad id le-
gitimè

gitimè citata: & ea facta, tempora currant ad dandum dubia, & reſolutiones vt ſupra.

460 Et tempore proferendæ ſentētiæ diffinitiuæ, ſeu uim diffinitiuæ habentis, teneantur prædicti domini Prætor, & Auditores ante lecturam, & publicationem dictæ ſentētiæ, Notario cauſæ deciſionē dare, & penes ipſum Notarium dimittere clauſam, ſigillatam, & propria manu ſubſcriptam; nec non fundatam omnino in rationibus, & cauſis allegatis in dubijs datis, vel eorum aliquibus, & non in alijs.

461 † Quæ tamē incontinenti, lata ſententia, & illa publicata, partibus publicari poſſit, & debeat per ipſum Notarium, ad effectum vt apparere poſſit, deciſionem ipſam fundatam eſſe in rationibus, & cauſis, à dubijs vt ſupra datis, reſultantibus, extractis, & orientibus, & ad omnem alium bonum finem, & effectum.

462 Non tamen propterea intelligantur prohibiti corroborare fundamenta, rationes, & cauſas dictæ deciſionis, in dubijs allegata, ſeu allegatas, maiori auctoritatum, ſeu quotarum numero, quàm in dubijs fortè factum reperiatur.

463 Qui Notarius cauſæ infra quinque dies, immediatè ſequentes, teneatur in actis ſuis, expenſis victoriam obtinentis, ipſam deciſionem de verbo ad
464 verbum regiſtrare: & † ipſam originalem deciſionē, ſaltem ſexta ſequenti die, omnino deferre ad Mag. Secretarium Illuſtriſs. Regiminis, & fidem receptionis ab eodem Secretario reportare, & in actis eiuſ-

dem Notarij regiſtrare, ſub pœna ipſi Notario lib. viginti quinque bonon.

465 In quibus omnibus cauſis prædictis, tam Rotalibus, quàm quouis modo extra Rotalibus, in quibus per dd. dominos Prætorem, & Auditores, vel eorum aliquem, ſeu aliquos ſententiam ferri, vel votum dari contigerit, vt ſupra, facere teneantur omnino ipſarum cauſarum expeditarũ deciſiones, modo præmiſſo, & illas vt ſupra conſignare.

466 Et ſi in ſententia ferenda plurium vota requirantur: diſſentiens, ſeu diſſentientes teneantur pariter votum ſuum clauſum, ſigillatum, & ſubſcriptum vt ſupra ſaltem infra quinque dies, à die latæ, & publicatæ ſententiæ, Notario cauſæ conſignare, & dimittere: cum iuribus, & rationibus claris, & expreſſis, quæ ipſum, vel ipſos mouerint ad diſſentiendũ,
457 ſub pœna, de qua infra: † & votum prædictum idem Notarius teneatur publicare, regiſtrare, & conſignare, & fidem conſignationis reportare, ac illam regiſtrare, vt ſupra.

458 Et ſi in præmiſsis, vel aliquo eorum defecerint, ſeu aliquis ipſorum defecerit: ſic deficientes, & deficiens, etiam ipſo iure, incurrant, & incurrat pœnam, pro prima vice, amiſsionis ſalarij ſententiæ huiuſmodi: pro ſecunda vice, ſcutorum quinque. Deinceps autem, ſcutorum decem, pro ſingula, & qualibet vice, ſibi retinendorum omnino ex ſuis prouiſionibus.

469 Sanxit inſuper Senatus, ex auctoritate vt ſupra

prædicti

prædicti Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Legati, quòd omnes, & quicunq; in futurum eligendi, creandi, & deputandi Prætor, & Auditores Rotæ, tempore eorum ſyndicatus, in omnibus cauſis, tam Rotalibus, quàm quouis modo extra Rotalibus, ſyndicari poſſint, & debeant, præter alia, de quibus moderni Prætor, & Auditores ſyndicantur, etiam de iniuſtitia ſententiarum diffinitiuarum, vel vim diffinitiuarum habentium, grauamen irreparabile afferentium, per appellationem à diffinitiua: non obſtante etiam, quòd tunc penderet appellatio, querela, nullitas, ſeu reclamatio quælibet, à dictis ſententijs fortè interpoſita, aduerſus eas propoſita, & pendens.

470 Et quòd prædicti domini Prætor, & Auditores in cauſis alicui, ſeu aliquibus eorum, quomodolibet extra Rotam, de cætero committendis ſoli, vel ſolis, vel aliàs cum voto, ſeu de voto vnius, vel plurium Rotæ Auditorum, aut etiam aliorum, expediẽdis: Nec non & in cauſis cuiuis alij, ſeu alijs poſthac committendis, cum voto tamen, & ſeu de voto D. Prætoris, & ſeu Auditorum Rotæ, vnius, vel plurium, & itidẽ expediendis, habere, & percipere nõ poſſint maius, & pinguius ſalarium, quàm perciperent, ſi cauſa eſſet Rotalis, & illam expedirent ſoli, vel cum alijs collegis, vno, vel pluribus, & non alterata eorum iuriſdictione: & ſic in effectu habeant ſolùm, & petere valeant id, quod habuiſſent, & haberent, ſi in Rota, & iuxta formam conſtitutionum

Rotalium

Digitized by Google

Rotalium iudicaſſent, ſeu vota illorum dediſſent.

471 Et hoc locum non obtineat, vbi iudicarent cum aliquo extra palatium Rotæ prædictæ: quia voluit tunc Senatus poſſe ſalarium integrum pro rata recipere eum, vel eos, qui ſic votum dederint, & dederit, aut iudicabit ſimul cum aliquo, vel aliquibus extra Rotam, & palatium Rotæ degentibus. Et ſimiliter vbi vnus, vel plures in Rota iudicauerint, citra concurſum totius Rotæ: quia iuxta conſtitutiones, attenta natura cauſæ, tota Rota non requiratur, posſint, & posſit totum ſalarium ad taxam, de qua ſupra, recipere, & habere: nec vltra quicquam, etiam à ſponte dare volentibus, quouis modo recipiant.

472 Et quòd dicti domini Prætor, & Auditores non posſint quouis modo dilationes probatorias, nec etiam fatalia; videlicet, biennium, & quadriennium prorogare, niſi iuxta modum, & formam legis ſuperinde editæ, & factæ a prædicto Illuſtriſsimo, & Reuerendiſs. domino Legato, in fine præſentium conſtitutionum regiſtratæ, & ea ad vnguem obſeruata: aliàs pro qualibet vice, etiam ipſo iure, incurrant pœnam ſcutorum decem, quæ ſibi retineri debeant de eorum prouiſionibus.

473 Et in eandem pœnam incidant petentes, & obtinentes illam, & illas fieri, pro ſingula, & qualibet vice, ipſo facto, ab eo, & eis auferendam, & pauperibus, arbitrio Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Legati pro tempore applicandam.

474 Vtq; etiam malitijs occurratur: expreſsè ſtatuit, quòd qui voluerint publicationem teſtium; illam petere debeant infra decem dies, à die lapſus dilationis probatoriæ: aliàs dictis decem diebus effluxis, quandocunq; petatur publicatio, non poſsit, nec valeat expeditionem cauſæ retardare, nec impedire; licèt eiſdem publicatio demum quandocunq; concederetur. Et ſententiæ non poſsint dici nullæ, ſed valeant, & teneant, etiam non obſtante quacunq; appellatione, & reclamatione interpoſita à denegata publicatione huiuſmodi teſtium.

475 Quòdq; domini Prætor, & Auditores, ſeu eorũ aliquis, non valeant, nec valeat, quoquò modo aliquas cauſas, ad eos, vel eorum aliquem, ſeu aliquos quomodolibet ex forma conſtitutionum Rotæ deuolutas, vel aliàs qualitercũq; Rotales, pariter nec alias, poſtquàm eas acceptauerint, quouis modo remittere: quas intelligantur acceptaſſe; niſi illas infra decem dies, a die legitimæ productionis cõmiſsionis, coram eis factæ, per rogitum Notarij ipſius cauſæ expreſsè recuſauerint.

476 Sanxit præterea, quòd quę ſupra de dubijs dandis: reſolutionibus expectandis: terminis ad cauſam expediendam prępfixis: deciſionibus faciendis, & conſignandis: ſalarijs, ſeu ſportulis percipiendis: prorogationibus non faciendis: pęnis incurrendis: ac remiſsionibus cauſarum non faciendis, in præſentibus conſtitutionibus ſtatuta ſunt, reſpectu cauſarum, in quibus prædicti domini Prętor,

&

& Auditores, vel eorum aliquis, vel aliqui iudicant, vel votum dant, ſeu iudicat, vel votum dat: eadem quoque in omnibus, & per omnia ſtatuta intelligantur, ſingula ſingulis congruè referendo, in cauſis, ad referendum eiſdem dominis Prætori, & Auditoribus, vel alicui, ſeu aliquibus eorum, vel etiã alij, ſeu alijs cum eorum, ſeu de eorum, vel aliquorum, ſeu alicuius ex eis voto, vel alio quouis modo commiſsis, & qualitercunq; delegatis; quamuis
477 ipſi non habeant in illis iudicare. † Quòd ſi in prædictis cauſis ad referendum commiſsis contigerit per iudicem, cui relatum fuerit, iudicari ſecundùm relationem ab eis, vel aliquo, ſeu aliquibus eorum factam, vel votum ab eis, ſeu aliquo, vel aliquibus eorum datum, teneantur in Syndicatu, quicunq; domini Prætor, & Auditores præſentium ſucceſſores in dicto Rotæ Auditorio, de iniuſtitia talis relationis, vel voti reſpectiuè, illi, ſeu ille, qui huiuſmodi relationem fecerint, vel fecerit, ſeu votum dederint, vel dederit, perinde, ac ſi ipſi, vel ipſe iudicaſſent, vel iudicaſſet.

478 Cauſas autem extra Rotales, quo ad effectum præſentium ſanctionum, illas tantùm Senatus intelligit, & eſſe declarat, quæ excedentes in ſui extimatione ſummam, & valorem lib. tercentum bon. committuntur D. Prætori, vel Auditoribus Rotæ vni, vel pluribus, ſoli, vel ſolis, vel alij, ſeu alijs, cũ voto, ſeu de voto alicuius, ſeu aliquorum ex eis expediendæ, vel ad referendum.

Secus

479 Secus autem, ſi in earum expeditione, vel relatione Rota quouis modo debeat interuenire: vel quia id in commiſsione exprimatur: vel etiam quia vni eorum committantur expediendæ: vel ad referendum ſimpliciter, nulla, videlicet, facta expreſsione, quòd ſolus, vel extra Rotam, vel tanquam Auditor Illuſtriſs. & Reuerendiſs. domini, illas debeat expedire, ſeu referre, vel alia quauis ſimili expreſsione non facta. Nam hoc etiam caſu, quando in commiſsione, alicui eorum facta, & nulla huiuſmodi facta eſt expreſsio, ad tollendum omne dubium, cauſam eſſe Rotalem, & in illius expeditione, ſeu relatione debere Rotam interuenire declarat.

480 Si verò cauſæ commiſſæ non excedant in ſui extimatione ſummam, & valorem librarum tercentum bonon. illas tãtùm extra Rotales eſſe intelligit, quæ alicui, vel aliquibus ex Rotæ Auditoribus alio modo cõmittuntur expediendæ, quàm caueatur ex forma Reformationum Rotæ in §. & quoniam ab experto cognoſcitur, &c. Nec non, & illas, quæ dictã ſummam, & valorem non excedentes committũtur ad referendum, abſq; extractione vnius facienda in prima inſtantia, vel plurium in ſecunda inſtantia, iuxta formam, à dicta Reformatione traditam, in cognoſcendis, & terminandis cauſis dictum valorem non tranſcendentibus; vel ſi in tertia inſtantia committantur tales cauſæ, dictum valorem non excedentes, vni, vel pluribus: non tamen toti Rotæ ad referendum.

481 Et has ſanctiones, ſicuti conſcriptæ, digeſtæ, & compoſitæ ſunt, decreuit idem Senatus, & mandauit in poſterum conſtantiſsimè, à die publicationis earum, obſeruari.

482 In cæteris, Rotæ Bonon. cōſtitutiones editas anno 1560. & earum Reformationes editas anno 1570. quatenus præſentibus ſanctionibus non aduerſentur, ſeruari mandauit.

483 Sanxitq́; quòd ſi dubium aliquod probabile in futurum oriretur ſuper intelligentia præſentium ſanctionum, vel alicuius earum, pro illarum, ſeu illius interpretatione, ac dubij ſolutione, recurſus haberi debeat ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs. pro tempore Legatum, Vicelegatum, ſeu Gubernatorem, & Illuſt. Senatum. Quorum omnium interpretationi ſtari omnino debeat.

Laus Deo Optimo Max.

Dat. Bonon. in palatio maiori die prima Iulij. M D LXXXVI.

Ant. Mar. Card. Leg.
Camil. Pal. Vex. Iuſt.

Herc. Bentiu. Aſſumptus.
Herc. Band. Aſſump.
Ful. de Graſsis Aſſumptus.

Digitized by Google

DECRETVM
SVPER PROROGATIONIBVS dilationum, & fatalium in quibuſcunque cauſis in poſterum non conceden. & ſuper *quibuſdam clauſulis in commiſsionibus cauſarum apponi ſolitis.*

1586. *Die octaua Iulij.*

ILluſtriſs. & Reuerendiſs. dominus D.
Antonius Maria Saluiatus Tituli S.Ma
riæ in Aquiro S. R. E. Cardinalis, ciui-
tatisq; Bonon. de latere Legatus am-
pliſsimus, ac ſanctiſs. D.N.PP. in ſpiritualibus, &
temporalibus Vicarius generalis: Volens, & cupi-
484 ens, quàm poſsibile ſit ꝓuidere, † vt lites breuiores
reddantur, & quàm citius pro iuſtitiæ complemen
to, minoriq; partium diſpendio finiantur: nec ſub
clypeo prorogationum in infinitum trahãtur: Hac
perpetua lege, ſtatuto, & decreto, etiam de conſen
ſu Illuſtrium DD. Vexilliferi iuſtitiæ, & DD. Qua-
draginta Senatorum, & Reformatorum ſtatus, & li-
bertatis, ciuitatis Bonon. iuſsit, & ſtatuit, deinceps
in cauſis ciuilibus quibuſcunq;, tam ordinarijs,
quàm delegatis, etiam à ſancta ſede apoſtolica, &

tam in foro ipſius Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Legati, quàm in Rota, & in quocunq; alio foro ciuitatis Bonon. & in quacunq; inſtantia, nunc & in futurũ quandocunq; indeciſis pendentibus, & inter quaſcunq; perſonas, communia, & vniuerſitates, quantumuis priuilegiatas, & priuilegiata, dilationes, & inſtantias, tã probatorias, quàm deciſorias, & fata-
485 lia quæcunque in poſterum† prorogari nullo modo poſſe, nec debere per aliquem iudicem dictæ ciuitatis Bonon. niſi accedente ſpeciali reſcripto ipſius Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Legati, ſeu Reuerendiſs. D. illius Vicelegati, vel Illuſtriſsimorum, & Reuerendiſsimorum DD. illius pro tempore ſucceſſo-
486 rum: † Et niſi tale reſcriptum ſpecialem, & indiuiduam mentionem faciat de omnibus, & quibuſcunque alijs prorogationibus, ſi quas ſupplicantes, & reſcriptum procurantes, vnam, vel plures per prius
487 habuiſſent: † Et niſi priùs parte legitimè citata, ad informandum, & contradicendũ, ne tale reſcriptum concedatur, coram eo, qui preces referendauerit: de qua citatione à tergo reſcripti huiuſmodi con-
488 ſtet: † Ac niſi præter omnia, de quibus ſupra, preces huiuſmodi fuerint ſignatæ, & conceſſæ per ipſum Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum D. Legatum, ſeu Vicelegatum, vel Illuſtriſs. & Reuerendiſs. ſucceſſores prædictos, ex certa ſcientia qualibet uice: idq; in corpore expreſſum non ſufficiat; niſi etiam manu dicti Illuſtriſs. D. Legati, Vicelegati, & ſucceſſorum reſcribatur per verba, quæ contineant

proroga-

prorogationem ipſam, & ſeu facultatem prorogan-
489 di,† ex certa ſcientia concedi. Sanxit etiam, quòd reſcriptum quodlibet hactenus conceſſum, vel in futurum quandocunq; concedendum, etiamſi cõ-
490 tineret clauſulam, totiẽs quotiens &c. † niſi pro prima vice in futurum ſuffragetur. Et quæcunq; prorogationes obtinendæ, etiam in vim cuiuſcunq; reſcripti, aliter, quàm omnibus, de quibus ſupra, ſer-
491 uatis, conceſsi,† nullius roboris penitùs exiſtant ipſo iure, nec obtinenti ſuffragentur quoquo modo. Quinimmò tam iudex, qui conceſſerit, quàm pars, quæ obtinuerit prorogationem aliquam, non ſeruata forma præmiſſa, & ſine reſcripto, legitimè, ſeruatis omnibus præmiſsis, obtento, qualibet vice pœ-
492 nam † incurrat ſcutorum decem, diſtribuendorum locis pijs arbitrio d. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Le-
493 gati, & ſucceſſorum prædictorum. † Facultates verò abreuiandi ipſas dilationes deinceps nulli prorſus dentur. Et ita in omnibus, ut ſupra, in perpetuum obſeruari voluit, ac iuſsit.

494 Decreuitq;, & ſtatuit inſuper in omnibus delegationibus, & cauſarum commiſsionibus, in quibus, etiam quouis modo contineatur clauſula, ea auctoritate, qua poſsit Illuſtriſs. D. Legatus, ſiue Reuerendiſs. D. Vicelegatus, vel quælibet alia clauſula, quæ aliàs de iure id importaret; non poſſe clauſulã huiuſmodi quicquam operari, nec iuriſdictionẽ in aliquo alterare: niſi ſint cauſæ forenſiũ, vel co-
495 meatus, & † exfructationis, aut animalium morboſorum,

-rum,ſeu cum miſerabilibus perſonis, vel cum alijs perſonis,cõprehenſis ſub ſtatuto, de arbitrio D.Poteſtatis in cauſis viduarũ,&c. Et ita in omnibus,vt ſupra in perpetuum obſeruari voluit, iuſsit, & ſtatuit. Non obſtantibus quibuſcunq; legibus,ſtatutis,prouiſionibus,conſtitutionibus ſpecialibus,vel generalibus, cæteriſq; alijs quomodolibet contrarijs, etiam ſub quauis firmitate, & iuramento à ſanta ſede apoſtolica confirmatis,& innouatis.Quorũ omnium tenores &c. Quibus pro hac vice, ad effectum prædictum, ſpecialiter, & expreſsè, auctoritate ampliori apoſtolica, qua fungitur, & ex certa illius ſcientia, ad effectum, & pro validitate perpetua præſentis legis,& ſtatuti, derogauit: omni meliori modo &c. Dat.Bononiæ Die 8.Iulij.1586.

Ant.Mar.C.Leg.
Camillus Pal. Vex.Iuſt.

Alphonſ. Fontanellus Not.

Eadem die 8. Iulij publicat. in Audientia publica Reuerendiſs. D. Bonon: Vicelegati in Sala Superiori exiſten. per me Notarium infraſcriptum. præſentibus D. Iulio Caſare de Abbatibus ciue, Notario, et Cauſidico Bon. & D. Io. Dominico Aroldo ciue, et Not. Bonon. teſtibus.

Alphonſus Fontanellus Not.

Digitized by Google

DECRETVM

DE MODO EXTRAHENDI

iudices ad cauſarũ cognitionem in almo Rotæ Bononien. Auditorio.

